aūt imperfectum tendit in pfe
ctionē3. ꝛ ideo tam appetitus
nālis q̄3 voluntarius tendit: vt
habeat ipm̄ finem realiter: qđ
eſt pfecte hr̄e ipſum. ꝛ hec eſt
ſc̄da habitudo voluntatis ad
volitū. volitū aūt nō ſolū3 eſt
finis: ſ3 id qđ ē ad finē: vltimū
aūt qđ ptinet ad primam habi
tudinem voluntatis reſpectu
eius qđ eſt ad finē: eſt electio.
ibi.n. compleť ꝓportio volun
tatis vt cōplere velit id quod
eſt ad finem: ſed vſus iam pti/
net ad ſc̄dam habitudinē3 vo/
luntatis qua tendit ad ꝯſequē/
dum rem volitam: vn̄ manife
ſtum eſt ꝙ vſus ſequiť electio
nem. ſi tn̄ accipiat vſus ſ'm ꝙ
voluntas vtiť executiua potē/
tia mouendo ipſā3: ſ3 q2 volū/
tas etiam quodāmodo rōnem
mouet: ꝛ vtitur ea: poteſt itel
ligi vſus eius qđ eſt ad finē3:
ſ'm ꝙ eſt in cōſideratione rō/
nis referentis ipſum in finem.
ꝛ hoc modo vſus p̄cedit ele/
ctionem. ℂ Ad primum ergo
dicēdū: ꝙ ipſā3 executionē ope
ris precedit motio qua volun
tas mouet ad exequendum. ſe
quiť aūt electionem. ꝛ ſic cū3
vſus pertineat ad p̄dictā mo/
tionem voluntatis mediū3 eſt
inter electionē3 ꝛ executionē.
ℂ Ad ſecūdū3 dicēdū: ꝙ id qđ
eſt per eſſentiam ſuam relatū
poſterius eſt abſoluto: ſed id
cui attribuunť relationes non
oportet ꝙ ſit poſterius. imo
quanto cauſa eſt prior. tanto
habet relatiōes ad plures effe
ctus. ℂ Ad tertium dicendū3
ꝙ electio precedit vſum ſi re/
ferantur ad idem. nihil autem
prohibet ꝙ vſus vnius prece/
dat electionem alterius. ꝛ q2
actus voluntatis reflectuntur
ſupra ſeipſos: in quolibet actu
voluntatis poteſt accipi con/
ſenſus: ꝛ electio: ꝛ vſus. vt ſi
dicatur ꝙ voluntas conſentit
ſe eligere. ꝛ conſentit ſe cōſen/
tire: ꝛ vtitur ſe ad conſentien/
dum ꝛ eligendum: ꝛ ſemper
iſti actus ordinati ad id quod
eſt prius ſunt priores.

pra poſteriorem actum: verbi gratia: quum aliquis cōſentit acquirendis moribus ſunt ibi implicite tres alij actus cadentes ſupra illū conſenſuȝ .ſ. vſus conſentio ⁊ electio. Nam voluntas vtiṫ ſe ad conſentiendum ⁊ conſentit ſe conſentire ⁊ eligit ꝯſentire. Et ſimiliter quū eligit bonos mores: ſunt iterum implicite tres idem act⁹. nam voluntas vtitur ſe ad eligendum: ꝯſentit electioni: et eligit illam. Et ſilr accidit cuȝ vtitur rōne ad conſilium: vel executiuis potentijs ad op⁹. nam voluntas conſentit vſui: eligit vſum: et vtiṫ ſe ad vti. Et quia cōſenſus eſt act⁹ nālͥter prior electiōe. Ideo iſti actus cadētes ſupra cōſenſuȝ ſunt priores ſe ipſis cadentib⁹ ſupra electionez. Et ſic ordinanṫ iſti actus reſpectu diuerſoꝝ ſupra que cadunt in hoc 2° ordine iuxta illoruȝ ſupra q̄ cadūt ordinē. Et inueniūtur implicite ⁊ reflexe. In p̄mo aūt ordie ordināṫur reſpectu eiuſdem et explicite et ſm lineam rectam. Iuxta 3m aūt ordinem ſcito ꝙ lȝ in lr̄a iuxta 2m ordinem comparenṫ iſti actus reflexi cadentes ſupra vno actu ad ſe ipſos cadentes ſupra alio: nō tamē comparanṫ ſinguli reflexi inter ſe quis quo ſit prior: an .ſ. quū iſti actus reflectunṫ ſupra conſenſum vti precedat ꝯſenſum reflexū vel ecōtra: ⁊ ſilr de electione: ⁊ quāuis poſſit dici ꝙ autor tradens eoꝝ ordinem ſm lineaȝ rectā in qua attendiṫ ordo eoꝝ reſpectu eiuſdem inſinuauit eorūdem ordinem ſm reflexionē ſupra eundē actū: ita ꝙ idez eſt ordo hic ⁊ ibi: q2 vtrobiq3 ſunt reſpectu eiuſdē: ⁊ ſic videreṫ ꝙ p̄mo cōſenſus deinde electio: ⁊ vltimo vti locare debet: mihi tn̄ ex autore videṫ dicenduȝ ꝙ vti tenet p̄mū locū. Conſenſus 2m ⁊ electio 3m. Et rō eſt duplex. p̄ma q2 vti eſt vlius ceteris: ꝯſenſus quoq3 abſolutior eſt q̄3 electio. Nā vti eſt actiua libera applicatio: tam voluntatis q̄3 cuiuſcūq3 alterius ad quodcūq3 opus. Conſenſus v̄o eſt actiua libera applicatio ſolius appetitus acceptantis ſeu adherētis alicui qḋ ꝯſtat ſub ſe min⁹ cōprehēdere: ꝯſenſus quoq3 acceptationē. Electio v̄o acceptatōez p̄ferēdo alijs īportat qḋ ꝯſtat poſteri⁹ eſſe. Scḋa eſt: q2 ēt in ordine p̄ iaȝ dicto ſm lineā rectā q̄uis vti executiuis potētijs ad aggrēdū ſ3 eē reale ſit poſteri⁹ electiōe ⁊ ꝯſenſu: ſimp'r tn̄ ⁊ abſo'e vti p̄cedit ꝯſenſuȝ ⁊ electōez: q2 vti p̄uenit ꝯſiliū vt dcm̄ ē abſq3 reflexiōe. Tractauit tn̄ autor pri⁹ de electōe q̄3 de ꝯſenſu et vti: vt a notioribus fieret diſciplina.

Qō. XVII. Irca p͂m articulū qōnis .17. aduerte qḋ ad imperij rōnez tria concurrūt. Ordinatio alicuius ad aliqḋ itimatio ⁊ motio: quia3 .n. p̄cipiṫ diligere deū: ordinaṫ aliq̄s ad amandum deuȝ: ⁊ intimatur h̄ ei: ⁊ mouetur ad hoc ab imperante: ordinatio aūt et itimatio ad rationez ſpectāt. Motio v̄t ad volūtatez. vn̄ actus imperij cōponiṫ ex eo ꝙ eſt itellus: ⁊ ex eo ꝙ eſt voluntatis. Et q2 iuxta doctrinā hitaȝ ſupi⁹ i. q. 13. arti° p̄ actus ꝯpoſit⁹ ex duobus ſpectātib⁹ ad diuerſas po^tes illi⁹ ē po'r eēntialr ⁊ elicitiue cui⁹ ē mālr: ſeu q̄tu ad ſubam act⁹: vt p3 in actib⁹ habituū. Mori .n. pp xp3 lȝ ſit a charitate ⁊ fortitudine elicitiue eſt fortitudis: q2 ipſi⁹ eſt q̄ ad mālē: cū in impādo volūtas ꝯcurrat vt ſuprema po^a: q2 vt p͂m mouēs ad exercitiū: ⁊ qḋ eſt a ſupiori po^a in actu cōpoſito ſe h3 vt formale: qḋ v̄o ab iferiori vt mālē ⁊ ſuba act⁹: ꝯñs eſt vt ordinatio itimatiua in iperio ſe hēat vt mā: ⁊ motio vt forma: ac p̄ h̄ imperiuȝ eſt elicitiue ⁊ eēntialr actus rōnis: volūtatis v̄o p̄mordialr quo ad formā: teſtaṫ aūt hoc act⁹ p̄pri⁹ prudētie: quē ꝯſtat oportere eſſe actū rōnis ⁊ eſt recte p̄cipe: prudens .n. poſt iuentionē ⁊ iudiciū que ſpectāt ad Eubuliā: Gnome ⁊ ſineſim h3 p̄priū actū q eſt recte precipere. Eſt igiṫ p̄ceptū ſeu impiū act⁹ rōnis participātis volūtatem vt p͂m mouēs. Et hoc in loco diligēter attendito ꝙ nō ꝯſiderare p̄ticipatōez volūtatis ab itellcū: ⁊ intellus a volūtate: nec diſcernere qḋ his potētijs ꝯuenit ex ſe ipſis: ⁊ qḋ ex alteri⁹ p̄ticipatiōe cā eſt exorbitādi a cōib⁹ animi ꝯce-

De actib⁹ īpatis a volūtate.

Qō. XVII.

Einde ꝯſiderandū eſt de actibus īpatis a voluntate. Et circa h̄ querūtur nouez. Prio vtꝝ impare ſit actus volūtatis vel rōnis. Scḋo vtrū impare p̄tineat ad bruta aīalia. Tertio de ordie iperij ad vſuȝ. Quarto vtꝝ iperiū ⁊ act⁹ impat⁹ ſint vn⁹ act⁹ vl' diuerſi. Quito vtꝝ act⁹ volūtatꝭ impeṫ. Sexto vtꝝ act⁹ rōnis. Septio vtꝝ act⁹ appetit⁹ ſenſitiui. Octauo vtrum actus anime vegetabilis. Nono vtruȝ actus exteriorum membroꝝ.

Vtꝝ impare ſit act⁹ rōnis vl' voluntatis. Articu. I.

Ad primū ſic p̄cediṫ. Videṫ ꝙ impare non ſit act⁹ rōnis: ſ3 voluntatis. impare .n. ē mouere qōdaȝ. dicit .n. Aui. ꝙ q̄druplex eſt mouēs .ſ. p̄ficiēs: diſponēs: iperās: ⁊ cōſiliās: ſ3 ad voluntatem p̄tinet mouere oēs alias vires aīe. vt dcm̄ eſt ſupra. ḡ impare eſt act⁹ voluntatis. Preterea. Sicut imperari pertinet ad id quod eſt ſubiectum: ita imperare pertinere videṫ ad id quod eſt maxime liberum: ſed radix libertatis eſt maxime in voluntate. ergo voluntatis eſt imperare. Preterea. Ad imperium ſtatim ſequitur actus: ſed ad actum rationis non ſtatim ſequitur actus. nō enim qui iudicat aliquid eſſe faciendum ſtatim illud operatur: ergo imperare nō eſt actus rationis: ſed voluntatis. Sed contra eſt qḋ Grego. niſſen⁹ dicit. ⁊ etiā phs. ꝙ appetitus obedit rōni. ḡ rōnis eſt impare. Rn̄deo dōm ꝙ impare eſt act⁹ rōnis: p̄ſuppoſito tn̄ actu volūtatis. Ad cuius euidentiam cōſiderandum eſt ꝙ q2 actus voluntatis ⁊ rationis ſupra ſe inuicem poſſunt ferri. put .ſ. ratio ratiocinatur de volendo. ⁊ voluntas vult ratiocinari: contingit actum voluntatis preueniri ab actu rationis. ⁊ econuerſo. ⁊ q2 virtus prioris act⁹ remanet in actu ſequenti: con-

ptionibus. Et
quāuis quoli
bet proferente
contraria ſolli
citum eſſe ſtul
tuꝫ cenſeatur:
que tamen ab
illuſtribus vi
ris ꝺ quoꝝ nu
mero fuit Sco
tus cōtraria aſ
ſerūtur nō poſ
ſum preterire.
Putat ipſe vo
luntatem eſſe
collatiuaꝫ ⁊ or
dinatiuam nō
vt ſapit intelle
ctū: ſed hoc po
tius conuenire
itellectui ⁊ vo
luntati ſm ali
quam eis com
munem natu
ram: puta ima
terialitateꝫ: vt
patet in 2° ſen
tentiaꝝ. diſtin.
6ª. q. prima: ⁊ i
quol. q. 17. hoc
autem eſſe fal
ſum ex cōmu
ni animi cōce
ptione qua te
nemus ꝙ ordi
nare intellect⁹
ſeu ratiōis eſt
partꝫ. Quod.n.
ordinandi act⁹
ſapientie: pru
dentie arti ⁊c̄.
cōueniat liquet:
ꝙ vero ſolus i
tellectus ordi
net ex eo patet
ꝙ quicquid or
dinis i natura
libus ⁊ volūta
rijs eſt a ratiōe
proficiſcatur ⁊
in illam reſol
uitur. Opus.n.
nature eſt op⁹
intelligentie: ⁊
electiones in q
bus maxie ap
paret ordo: q̄
ſunt eoruꝫ que
ſunt ad finem
propter finem
a cōſilio profi
ciſcuntur ordi
nante hoc in il
lud: volūtas.n.
eligens ⁊ vtēs

tingit quandoqꝫ ꝙ eſt aliquis
actus voluntatis ſm ꝙ manet
virtute in ipſo aliquid de actu
rationis: vt dictum eſt de vſu
⁊ de electione: ⁊ econuerſo:
aliqs ē act⁹ rōnis ſm ꝙ ꝟtute
manet in ipſo aliqd ꝺ actu vo
lūtatis. Jmpare aūt ē qdē eēn
tialr̄ act⁹ rōnis. iperās.n. ordi
nat eū cui impat ad aliqd agē
dū itimādo vl̄ denūciādo. ſic
aūt ordinare p modū cuiuſdā
itimatiōis ē rōnis: ſꝫ rō pōt ali
qd itimare vel denunciare du
pliciter. Uno mō abſolute: q̄
qdē inmatio exprimit̄ p ꝟbuꝫ
indicatiui modi. ſicꝫ ſi aliqs ali
cui dicat. B ē tibi faciendū. Ali
qñ āt ratio itimat aliqd alicui
mouēdo ipꝫ ad hoc. ⁊ talis iti
matio exprimit̄ p ꝟbū impati
ui modi: puta cū alicui dr̄: fac
B. primū āt mouēs i virib⁹ aie
ad exercitiū act⁹ ē volūtas: vt
.s. dcm̄ ē. cū ſꝫ ſm mouēs nō
moueat niſi i ꝟtute primi mo
uētis: ſeqt̄ ꝙ B ipm qꝺ rō mo
uet impādo ſit ei ex ꝟtute vo
lūtatis: vñ relinqt̄ ꝙ ipare ſit
act⁹ rōnis ꝓſuppoſito actu vo
lūtatis: in cui⁹ ꝟtute rō mouet
p ipiū ad exercitiū act⁹. ¶ Ad
primū ſꝫ dōm: ꝙ ipare nō eſt
mouere quocūqꝫ mō: ſꝫ cū q̄
dā itimatiōe denunciatiua ad
alteꝝ qꝺ eſt rōnis. ¶ Ad ſcꝺꝫ
dōm: ꝙ radix libertatis eſt vo
luntas ſicut ſubm: ſꝫ ſicut cau
ſa eſt ratio. ex hoc.n. volūtas
libere pōt ad diuerſa ferri: qꝛ
ratio pōt habere diuerſas ex
ceptiones boni. ⁊ iō phi diffi
niūt libeꝝ arbitriū. qꝺ eſt libe
rū de rōne iudiciū: q̄ſi rō ſit cā
libertatis. ¶ Ad tertium dōꝫ
ꝙ ratio illa concludit ꝙ impe
rium nō ſit actus rationis ab
ſolute: ſed cū quadam motio
ne: vt dictum eſt.

¶ Utrum imperare ptineat ad
aialia bruta. Arti. II.

AD ſcꝺm ſic procedit̄.
Uidet̄ ꝙ ipare cue
niat brutis aialib⁹. qꝛ
ſꝫ Auicen. Uirt⁹ ipe
rās motū ē appetitiua. ⁊ virt⁹
exequēs motū ē in muſculis ⁊
in neruis: ſꝫ vtraqꝫ virt⁹ eſt in
brutis aialib⁹. ſꝫ impiuꝫ iuenit̄
in brutis aialib⁹. ¶ Preterea.
De rōne ſerui ē ꝙ ei impet̄: ſꝫ
corp⁹ cparat̄ ad aiaꝫ: ſicꝫ ſeru⁹
ad dñm. ſicꝫ dicit phs in primo
politicoꝝ. ſꝫ corpori iperat̄ ab
aia ēt in brutis q̄ ſunt cōpoſita
ex aia ⁊ corpore. ¶ Preterea.
Per iperiuꝫ hō facit ipetū ad
opus: ſꝫ ipet⁹ in op⁹ inuenit̄ in
brutis aialib⁹ vt Damaſ. dicꝫ.
ſꝫ in brutis aialibus inuenit̄ im
periū. ¶ Sꝫ ꝯ. iperiū eſt act⁹
rōnis: vt dcm̄ ē: ſꝫ in brutis nō
ē rō: ſꝫ neqꝫ iperiuꝫ. ¶ Rñdeo
dōm: ꝙ impare nihil aliud eſt
q̄ ordinare aliquem ad aliqd
agēdū cū q̄dā intimatiua mo
tiōe: ordinare aūt eſt ꝓpri⁹ act⁹
rōnis. vñ ipoſſe eſt ꝙ in brutis
aialib⁹ in qbus nō eſt rō ſit ali
quo mō impiū. ¶ Ad primuꝫ
ſꝫ dōm ꝙ vis appetitiua dr̄ im
perare motū inquātuꝫ mouet
rōnē impantē: ſꝫ hoc eſt ſoluꝫ
in hoib⁹. in brutis aūt aialibus
virt⁹ appetitiua nō ē ꝓprie im
patiua: niſi ipatiuū ſumat̄ lar
ge pro motiuo. ¶ Ad ſcꝺm
dōm: ꝙ in brutis aialibus cor
pus qdeꝫ hꝫ vñ obediat: ſꝫ aia
nō hꝫ vñ imperet. qꝛ nō hꝫ vñ
ordinet. ⁊ iō nō eſt ibi rō iperā
tis ⁊ impati: ſꝫ ſolū mouentis
⁊ moti. ¶ Ad tertiuꝫ dōm ꝙ
alr̄ inuenit̄ ipetus ad opus in
brutis aialib⁹: ⁊ alr̄ in hoib⁹.
hoies.n. faciūt ipetū ad opus
p ordinationeꝫ rōnis: vñ hꝫ in
eis ipetus rōnē imperij: in bru
tis aūt fit ipetus ad opus p in
ſtinctū nāe: qꝛ .ſ. appetitus co
rum ſtatim apphenſo conue
nienti vel inconuenienti natu

tendit in eos ſe
cunduꝫ ordinē
ratiocinatiōis
vere vel falſe
iplicite vel ex
plicite: forma
liter vel virtua
liter dirigenel
hec in illa. vn
de quiꝫ plura
litas ſine neceſ
ſitate admittē
da non ſit: ⁊ in
pricipijs natu
ra ſtudeat pau
citati: ⁊ omnis
ordo qui appa
ret in volunta
te ſaluat̄ opti
me in reſoluē
do in itellcm̄:
⁊ cōmuni ani
mi conceptio
ni: vt dictum
eſt: habeat̄ ꝙ
cōferre ⁊ ordi
nare ratōis ꝓ
prius opus eſt
abijcienda eſt
ſcotica h̄ phan
taſia procedēs
ex indiſcretiōe
eius quod vo
luntati conue
nit ſꝫ ſe vel vt
participat itel
lectum.
¶ Jn reſponſio
ne ad ſecundū
notato diſtin
ctionem de ra
dice libertatis
formaliter vel
cauſaliter: ⁊ ꝙ
radix libertatl
formaliter eſt
voluntas. Cau
ſaliter ē ratio:
nec hoc dicit̄:
ſꝫ probatur: qꝛ
ex hoc volun
tas eſt formali
ter libera: quia
ratio eſt oppo
ſitoꝝ: qꝛ enī
voluntas a bo
no cognito ori
tur libera volū
tas ab oppoſi
tis bōis cogni
tis abſqꝫ deter
minatione ad
alteruꝫ naſcit̄.
Ex B eni liber.
eſt medic⁹ ad.
raliter

raliter mouet̃ ad ꝓſecutionẽ vl̃ fugã. vñ ordi nant̃ ab alio ad agẽdũ: nõ ãt ipa ſeipa ordinãt ad actionẽ. ⁊ iõ in eis eſt ĩpetus: ſ; nõ ĩperiũ.

¶ Utrũ imperiũ p̄cedat vſum vel ecõuerſo.

¶ Articulus. III.

Ad tertiũ ſic ꝓcedit̃. Uidet̃ ꝙ vſus p̄cedat ĩperiũ. ĩperiũ.n.ẽ act⁹ rõnis p̄ſupponẽs actũ volũtatis: vt ſupra dcm̃ eſt: ſ; vſus eſt act⁹ volũtatis: vt ſupra dcm̃ ẽ: ḡ vſus p̄cedit ĩperiũ. ¶ Preterea. Imperiũ ẽ aliqd eoꝝ q̃ ad finẽ ordinant̃: eoꝝ ãt q̃ ſũt ad finẽ ẽ vſus. ḡ vr̃ ꝙ vſus ſit prius q̃ ĩperiũ. ¶ Preterea. Ois act⁹ potẽtie mote a volũtate vſus dr̄. q: volũtas vtit̃ alijs potẽtijs: vt ſupra dcm̃ ẽ: ſ; ĩperiũ ẽ act⁹ rõnis: ꝓut mota ẽ a volũtate: ſic dcm̃ ẽ. ḡ ĩperiũ eſt qdã vſus. cõẽ ãt ẽ pri⁹ ꝓprio: ḡ vſus eſt pri⁹ q̃ ĩperiũ. ¶ Sed ꝯ ẽ qḋ Damaſ. dic̃: ꝙ ĩpetus ad opationẽ p̄cedit vſum: ſ; ĩpet⁹ ad opationẽ fit p imperiũ: ḡ ĩperiũ p̄cedit vſum. ¶ Rñdeo dcm̃: ꝙ vſus eius qḋ eſt ad finẽ ſ; ꝙ eſt in rõne referẽte ip̄m in finẽ p̄cedit electionem: vt ſupra dcm̃ eſt: vñ multo magis p̄cedit ĩperiũ: ſ; vſus ei⁹ qḋ eſt ad finem ſm ꝙ ſubdit̃ potẽtie executiue ſequit̃ ĩperiũ: eo ꝙ vſus vtẽtis ꝯiũctus eſt cũ actu ei⁹ quo qs vtit̃. nõ.n. vtit̃ aliqs baculo anteq̃ aliquo mõ p baculũ opet̃: ĩperiũ aũt nõ eſt ſil' cũ actu ei⁹ cui ĩperat̃. ſ; naturalr̃ pri⁹ ẽ ĩperiũ q̃ ĩperio obediat̃: ⁊ aliqñ ẽt eſt prius tpe: vñ manifeſtũ eſt ꝙ imperium eſt prius q̃ vſus.

¶ Ad primũ ḡ dcm̃ ꝙ nõ ois actus volũtatis p̄cedit hũc actũ rõnis q eſt ĩperiũ: ſ; aliqs p̄cedit.ſ. electio: ⁊ aliqs ſeq̃t̃.ſ. vſus. q: poſt determinationẽ ꝯſilij q̃ ẽ iudiciũ rõnis: volũtas eligit. ⁊ poſt electionẽ rõ ĩpat ei p qḋ agẽdũ eſt qḋ eligit̃. ⁊ tũc demũ volũtas alicui⁹ icipit vti exequẽdo ĩperiũ rõnis: qñq; qdẽ volũtas alteri⁹ cum aliqs ĩpat alteri: qñq; ãt volũtas ip̄i⁹ ĩpantis cũ aliqs ĩpat ſibiipſi. ¶ Ad ſcḋm dcm̃ ꝙ ſicẽ act⁹ ſũt p̄uij potẽtijs: ita obta actibus: obm ãt vſus ẽ id qḋ ẽ ad finẽ. ex hoc ḡ ꝙ ip̄m ĩpiũ ẽ ad finẽ: mag̃ põt ꝯcludi ꝙ ĩpiũ ſit pri⁹ vſu q̃ ꝙ ſit poſteri⁹. ¶ Ad tertiũ dõ ꝙ ſicẽ act⁹ volũtatis vtẽtis rõne ad ĩperãdũ p̄cedit ip̄m ĩpiũ: ita ẽt põt dici ꝙ ⁊ ip̄m vſum volũtatis p̄cedit aliqḋ ĩperiũ rõnis: eo ꝙ act⁹ haꝝ potẽtiaꝝ ſupra ſeipſos inuicem reflectunt̃.

¶ Utꝝ ĩpiũ ⁊ act⁹ ĩpat⁹ ſit act⁹ vn⁹ vel diuerſi.

¶ Articulus. IIII.

Ad q̄rtũ ſic ꝓcedit̃. Uidet̃ ꝙ act⁹ ĩperat⁹ nõ ſit vnus actus cũ ĩperio. diuerſaꝝ.n. potẽtiaꝝ diuerſi ſunt act⁹: ſ; alteri⁹ potẽtie eſt actus ĩpatus: ⁊ alterius ip̄m ĩpiũ. q: alia eſt potẽtia q̃ ĩpat: ⁊ alia cui ĩpat̃. ḡ nõ eſt idẽ act⁹ ĩpat⁹ cũ ĩpio. ¶ Preterea. Quecũq; p̄ñt abinuicẽ ſepari ſunt diuerſa. nihil.n. ſepat̃ a ſeipſo: ſ; aliqñ act⁹ ĩpat⁹ ſepat̃ ab ĩpio. p̄cedit.n. qñq; ĩpiũ: ⁊ nõ ſeq̃t̃ act⁹ ĩpat⁹: ḡ alius actus ẽ ĩpiũ ab actu ĩpato. ¶ Preterea. Quecũq; ſe hñt ſm prius ⁊ poſterius ſunt diuerſa: ſ; ĩpiũ nãlr̃ p̄cedit actũ ĩpatũ. ḡ ſũt diuerſa. ¶ Sed ꝯ ẽ qḋ phs dicit: ꝙ vbi eſt vnũ pp alteꝝ: ibi ẽ vnũ tm̃: ſ; act⁹ ĩpat⁹ nõ eſt niſi pp ĩpiũ. ḡ ſũt vnũ. ¶ Rñdeo dcm̃ ꝙ nihil ꝓhibz aliq̃ eẽ ſm qd multa: ⁊ ſm qd vnũ. qnimo oia multa ſũt ſ; aliqd vnũ: vt Diony. dicit vlti. ca. de di. no. Eſt tñ drĩa attẽdenda in hoc ꝙ q̃dam ſunt ſimplr̃ multa: ⁊ ſm qd vnũ: q̃dã ꝟo ecõuerſo: vnũ aũt hoc mõ dr̄ ſicẽ ⁊ ens: ens aũt ſimplr̃ eſt ſuba. ſ; ens ſ; qd eſt accñs. vel etiã ens rõnis: ⁊ iõ quecũq; ſunt vnũ ſm ſubam: ſunt vnũ ſimplr̃: ⁊ multa ſm qd. ſicut totũ in gñe ſube cõpoſitũ ex ſuis ptibus vel integralib⁹ vel eẽntialib⁹ eſt vnũ ſimplr̃. nã totũ eſt ens ⁊ ſuba ſimplr̃: ptes ꝟo ſũt entia ⁊ ſube in toto: q̃ ꝟo ſũt diuerſa ſ; ſubam ⁊ vnũ ſm accñs ſunt diuerſa ſimplr̃: ⁊ vnum ſm qd: ſicut multi hoies ſunt vnus populus. ⁊ multi lapides ſunt vnus aceruus q̃ eſt vnitas cõpõnis aut ordinis. Silr̃ etiã multa indiuidua q̃ ſunt vnũ gñe vel ſpẽ ſunt ſimplr̃ multa: ⁊ ſm qd vnũ. nã eſſe vnũ genere vel ſpecie eſt eẽ vnũ ſm rõnẽ: ſicẽ aũt in genere reꝝ naturaliũ aliqḋ totũ cõponit̃ ex mã ⁊ forma: vt hõ ex aia ⁊ corpore: qui eſt vnũ ens nãle: lꝫ hẽat multitudinem partiũ: ita ẽt in actibus hũanis actus inferioris potẽtie materialr̃ ſe hꝫ ad actũ ſuperioris inquãtũ inferior potẽtia agit in virtute ſuperioris mouẽtis ipſam. ſic.n. ⁊ actus mouẽtis primi formaliter ſe hꝫ ad actũ inſtrumẽti. vñ pꝫ ꝙ ĩperiũ ⁊ actus ĩpatus ſunt vn⁹ actus hũanus: ſicut qḋdã totum: ſ; eſt ſm partes multa. ¶ Ad primũ ḡ dcm̃: ꝙ ſi eẽnt potẽtie diuerſe adinuicẽ nõ ordinate. act⁹ eaꝝ eẽnt ſimplr̃ diuerſi: ſ; qñ vna potẽtia eſt mouẽs alterã: tũc actus earũ ſunt quodãmõ vnus. nam idẽ eſt act⁹ mouẽtis ⁊ moti. vt dr̄ in.iij. phyſi. ¶ Ad ſcḋm dcm̃: ꝙ ex hoc ꝙ ĩpium ⁊ act⁹ ĩpatus p̄ñt abinuicẽ ſeparari: habet̃ ꝙ ſunt multa partibus. nam partes hominis p̄ñt abinuicem ſeparari: q̃ tñ ſunt vnũ toto. ¶ Ad tertium dcm̃: ꝙ nihil ꝓhibet in his q̃ ſunt mul-

ta ptib⁹: ⁊ vnū toto: vnū eſſe prius alio ſicͭ aīa
quod ımō ē pri⁹ corpe: ⁊ cor ē pri⁹ alijs mēbrı̄.

℄ Utrū actus volūtatis iperetᷣ. Arti. V.

AD quintū ſic pceditᷣ. Videtᷣ ꝙ actus
volūtatis nō ſit iperat⁹. dicͭ.n. Aug.
in. viij. ↄfeſ. Imperat animus: vt ve-
lit animus: nec tn̄ facit. velle autē eſt
actus volūtatis. ḡ actus volūtatis nō iperatᷣ.
℄ Preterea. Ei ↄuenit imperari cui cōuenit
imperiū intelligere. ſ; volūtatis nō eſt itellige-
re iperiū. differt.n. volūtas ab intellectu eius
cuius eſt intelligere. ergo actus volūtatis nō
imperatᷣ. ℄ Preterea. Si aliquis actus volū
tatis imperatᷣ: pari rōne oēs iperantᷣ: ſ; ſi oēs
actus volūtatis iperantᷣ: neceͤ eſt in infinitū p
cedere: qꝛ actus volūtatis p̄cedit actū iperan-
tis rōnis: vt dcm̄ eſt qui volūtatis act⁹ ſi iterū
iperatᷣ: illud iterū iperiu; p̄cedet aliquis rōnis
actus: ⁊ ſic in infinitū. hoc aūt eſt incōueniens
ꝙ pcedatᷣ in infinitū. nō ḡ actus volūtatis im
peratᷣ. ℄ Sed ↄtra. oē qđ eſt in ptāte nr̄a ſub-
iacet iperio nr̄o: ſ; actus volūtatis ſunt maxie
in ptāte nr̄a. nā oēs actus noſtri in tātū dnr̄ in
ptāte nr̄a eſſe inqūtū voluntarij ſunt. ḡ actus
volūtatis iperantᷣ a nobis. ℄ Rn̄deo dōm: ꝙ
ſicut dcm̄ eſt iperiū nihil aliud eſt q̄ꝫ actus rō
nis ordināris cū q̄dā motiōe ad aliqđ agēdu;.
Manifeſtū eſt aūt ꝙ rō pōt ordinare de actu
volūtatis: ſicͭ.n. pōt iudicare ꝙ bonū ſit aliqđ
velle: ita pōt ordinare iperando ꝙ hō velit: ex
quo pꝫ ꝙ act⁹ volūtatis pōt eē iperat⁹. ℄ Ad
primū ergo dōm: ꝙ ſicut Aug. ibidem dicit:
animus qn̄ perfecte iperat ſibi: vt velit: tūc ia;
vult: ſ; ꝙ aliqn̄ iperet: ⁊ non velit: hoc ↄtingit
ex hoc ꝙ nō pfecte iperat. Imperfectū aūt im
periū ↄtingit ex hoc ꝙ rō ex diuerſis partibus
mouetᷣ ad imperandū: vel nō ad imperandū:
vn̄ fluctuat inter duo: ⁊ nō perfecte imperat.
℄ Ad ſcđm dōꝫ: ꝙ ſicut in mēbris corporali-
bus qđlibet mēbꝝ opatᷣ nō ſibi ſoli: ſ; toti cor
pori: vt oculus videt toti corpori: ita etiā eſt in
potentijs anime. nā intellectus intelligit nō ſo
lū ſibi: ſ; omnibus potētijs: ⁊ volūtas vult nō
ſolū ſibi: ſ; omnibus potentijs: ⁊ ideo hō im-
perat ſibiipſi actum voluntatis inquātum eſt
intelligens ⁊ volens. ℄ Ad tertiū dōm: ꝙ cū
imperium ſit actus rōnis: ille actus iperatᷣ qui
rōni ſubditᷣ. primus aūt volūtatis actus ex rō-
nis ordinatiōe nō ē: ſ; ex inſtinctu nature: aut
ſuperioris cauſe: vt ſupra dcm̄ eſt. ⁊ ideo non
oꝫ ꝙ in infinitum procēdatur.

℄ Utrum actus rōnis iperetᷣ. Arti. VI.

AD ſextū ſic pceditᷣ. Videtᷣ ꝙ actus
rōnis nō poſſit eſſe imperat⁹: incōue
niēs.n. videtᷣ ꝙ aliqđ iperet ſibiipſi
ſ; rō eſt que iperat: vt ſupra dcm eſt
ergo rōnis act⁹ nō iperatᷣ. ℄ Preterea. Id qđ
eſt p eēntiā diuerſu; eſt ab eo qđ eſt p pticipa
tionē: ſ; potētia cui⁹ actus iperatᷣ a rōne: eſt rō
per participationē: vt dᷣ in primo ethi. ḡ illius
potētie act⁹ nō iperatᷣ q̄ eſt rō p eēntiā. ℄ Pre
terea. Ille actus imperatᷣ qui eſt in ptāte nr̄a.
ſ; cognoſcere ⁊ iudicare verū: qđ eſt actus rō
nis: nō eſt ſemp in ptāte noſtra: nō ergo actus
rōnis pōt eſſe imperatus. ℄ Sꝫ ↄ. id qđ libe-
ro arbitrio agim⁹ noſtro iperio agi pōt: ſ; act⁹
rōnis exercentᷣ per liberꝝ arbitriū. dicit.n. Da-
maſ. ꝙ libero arbitrio hō exqrit ⁊ ſcrutatᷣ ⁊ iu
dicat: ⁊ diſponit. ḡ actus rōnis pn̄t eē iperari.
℄ Rn̄deo dōꝫ: ꝙ qꝛ rō ſupra ſeipā; reflectitᷣ:
ſicͭ ordinat de actib⁹ aliarū potentiarū. ita etiā
pōt ordinare de ſuo actu. vnde etia; act⁹ ſuus
pōt eſſe iperatus. ℄ Sꝫ attēdēdū eſt ꝙ actus
rōnis pōt ↄſiderari dupl'r. Uno mō q̄ꝫtu; ad
exercitiū actus. ⁊ ſic actus rōnis ſemp impari
pōt: ſicut cū indicitᷣ alicui ꝙ attendat: ⁊ rōne
vtatᷣ. Alio mō quantū ad obm: reſpectu cui⁹
duo actus rōnis attēduntᷣ. primo qdē vt veri-
tatē circa aliqđ appꝛhēdat: ⁊ hoc nō eſt in ptā-
te noſtra. hoc.n. ↄtingit per virtutē alicuius lu
minis vel nālis vel ſupernālis: ⁊ ideo q̄ꝫtū ad
hoc actus rōnis nō eſt in ptāte noſtra: nec im-
perari pōt. Alius aūt actus rōnis eſt du; his q̄
appꝛhendit aſſentit: ſi igitᷣ fuerint talia appꝛhen
ſa qbus nāliter intellectus aſſentiat: ſicͭ prima
principia: aſſenſus taliū: vel diſſenſus non eſt
in ptāte noſtra: ſ; in ordine nāe. ⁊ ideo ꝓprie
loquēdo nāe imꝑio ſubiacet. Sunt aūt q̄dam
appꝛhenſa que nō adeo ↄuincunt intellectum
quin poſſit aſſentire vel diſſentire: vel ſaltem
aſſenſum vel diſſenſum ſuſpendere ꝓpter ali
quam cām. ⁊ in talib⁹ aſſenſus ipſe vel diſſen
ſus in ptāte nr̄a eſt. ⁊ ſub imꝑio cadit. ℄ Ad
primū ergo dōꝫ: ꝙ rō hoc mō impat ſibiipſi.
ſicut ⁊ volūtas mouet ſeipſam. vt ſupra dcm̄
eſt. inquantū.ſ. vtraqꝫ potentia reflectitᷣ ſupra
ſuū actum: ⁊ ex vno in aliud tēdit. ℄ Ad ſcđꝫ
dōm ꝙ ꝓpter diuerſitatē obiectorū que actui
rōnis ſubduntᷣ nihil ꝓhibet rōnem ſeipā; par-
ticipare: ſicut in cognitione ↄcluſionū partici-
patᷣ cognitio principiorum. ℄ Ad tertium pꝫ
reſponſio ex dictis.

¶ Utrum actus appetit⁹ ſenſitiui imperetur. Articu. VII.

Ad ſeptimū ſic ꝓcedi tur. Videt̃ ꝙ actus ſenſitiui appetit⁹ nō ſit impatus. dicit.n. Apl'us Ro. vij. Nō.n. ꝙ volo bonū hoc ago. ⁊ glo. exponit: ꝙ hō vult nō ↄcupiſcere: ⁊ tñ concupiſcit: ſꝫ cōcupiſcere eſt actus appetit⁹ ſenſitiui. ergo actus appetitus ſenſitiui non ſubdit̃ imperio noſtro. ¶ Preterea. Materia corporalis ſoli deo obedit ꝗ̃tuꝫ ad trāſmutationē formalē: vt in primo habitū eſt: ſꝫ act⁹ appetitus ſenſitiui hꝫ quādam formalē transmutatōez corporis .ſ. calorē vel frigus. ḡ act⁹ appetitus ſenſitiui nō ſubdit̃ imperio humano. ¶ Preterea. Propriū motiuuꝫ appetitus ſenſitiui eſt apphēſuꝫ ſcḋm ſenſum vel imaginatōez: ſꝫ nō eſt in ptāte nr̃a ſemp ꝙ aliqd apprehēdamus ſenſu vel imaginatione ḡ actus appetitus ſenſitiui nō ſubiacet imperio nr̃o. ¶ Sed ↄ eſt ꝙ Gregori⁹ nicenus dicit: ꝙ obediēs ratiōi diuidit̃ in duo: i deſideratiuū ⁊ iraſcitiuū: que ptinēt ad appetitū ſenſitiuū. ḡ act⁹ appetitus ſenſitiui ſubiacet imperio rōnis. ¶ Rn̄deo dicēdū: ꝙ ſcḋm hoc aliqs actus impio noſtro ſubiacet: ꝓut eſt in ptāte nr̃a: vt ſupra dcm̄ eſt. ⁊ ideo ad intelligendū qualr̄ actus appetitus ſenſitiui ſubdat̃ impio rōnis: opꝫ ↄſiderare qualr̄ ſit in poteſtate noſtra. ¶ Eſt autē ſciendum ꝙ appetitus ſenſitiuus i hoc differt ab appetitu intellectiuo: qui dr̄ voluntas: ꝙ appetitus ſenſitiuus eſt virtus organi corporalis: nō aūt volūtas: omnis aūt actus virtutis vtētis organo corporali dependet nō ſolum ex potētia anime: ſed etiā ex corporalis organi diſpōne: ſicvt viſio ex potētia viſiua ⁊ q̄litate oculi per quā iuuat̃ vel ipedit̃. vnde ⁊ act⁹ appetit⁹ ſenſitiui nō ſolū dependet ex vi appetitiua: ſꝫ et ex diſpōne corpis: illud autē ꝙ ē ex pte potētie anie ſequit̃ apphenſionē. apphenſio aūt imaginatōis: cū ſit pticularis: regulat̃ ab apphenſione rationis que eſt vl'is: ſicut virtus actiua pticularis a virtute actiua vniuerſali: ⁊ iō ex iſta pte actus appetitus ſenſitiui ſubiacet impio rationis: qualitas aūt ⁊ diſpō corpis nō ſubiacet impio rationis: ⁊ ideo ex hac parte impeditur quin motus ſenſitiui appetit⁹ totaliter ſubdatur impio rationis. Contingit aūt etiā quādoqꝫ ꝙ mot⁹ appetitus ſenſitiui ſubito concitatur ad apprehenſionē imaginationis vel ſenſus: ⁊ tunc ille motus eſt preter imperiū rationis. quāuis potuiſſet impediri a ratione ſi preuidiſſet. vnde philoſophus dicit in primo politicorum: ꝙ ratio p̄eſt iraſcibili ⁊ concupiſcibili: nō principatu deſpotico q eſt domini ad ſeruum: ſed principatu politico aut regali: q eſt ad liberos: qui non totaliter ſubduntur impio. ¶ Ad primuꝫ ergo dicendum: ꝙ hoc quod homo vult non concupiſcere: ⁊ tamen cōcupiſcit: contingit ex diſpoſitione corporis p quā impeditur appetitus ſenſitiuus ne totaliter ſequat̃ imperiuꝫ rationis. vnde ⁊ Apoſtolus ibidem ſubdit. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee. hoc etiam contingit propter ſubitum motuꝫ concupiſcentie: vt dictuꝫ eſt. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ qualitas corporalis dupliciter ſe hꝫ

prehendas potionem ſanatiuam vel egrotatiuam: quia medicia eſt ſani ⁊ egri oſtenſiua abſqꝫ determinatione voluntatis ad alteram partē ſequendā.

¶ Pretermiſſis articul 2⁹ 3⁹ 4⁹ 5⁹ ⁊ 6⁹. Circa duos ſequētes articlos ſit dubium occurrit an in iſtis queſitis intēdatur vl'iter: an indefinite ſeu particlariter. Et eſt ratio dubij: quia ſi intendit̃ vniuerſaliter falſa videtur deciſio tam ſeptimi ꝗ̃ octaui articuli. Septimi quidem: quia quandoqꝫ vult quis triſtari et condolere amico ⁊c̄. ⁊ tamen non triſtatur. Octaui vero: quia ſepiſſime volēs ſeminat: ita ꝙ non ſolum cōcupiſcētia ſeminis: ſed ipa ſeminatio voluntaria eſt. Et cōſtat ꝙ ſeminatio partis ē vegetatiue.

¶ Ad hoc dicitur ꝙ intentio autoris eſt loqui vl'iter: ⁊ ꝙ actus appetit⁹ ſenſitiui ꝓ ꝗ̃to pendent ex parte anie vniuerſaliter ſubſunt impio rationis ⁊ voluntatis: nec eſt verum ꝙ velit quis perfecto imperio triſtari ⁊ ñ triſtetur: quantumuis pluries cōtingat ꝙ velit quis triſtari et

nō triſtatur: quia nō perfecte hoc vult. Et hoc dico ſi non habꝫ diſpōnem organi repugnantem: ſicut eniꝫ contingit totaliter impediri viſum ex parte organi: dicēte Ariſtote. ꝙ ſi ſenex accipiat oculuꝫ iuuenis videbit vt iuuenis: ita actus triſtitie: quāuis in hoc caſu putem ꝙ quia triſtitia pendet ex diſpoſitiōe organi quod quandoqꝫ eſt indiſpoſitū ad hoc propterea ita modica eſt triſtitia vt appareat non triſtari. Inter actus autem appetitus ſenſitiui et partis vegetatiue hoc intereſt ꝙ actus appetitus ſenſitiui ſubſūt imperio in ordiē ad propria principia elicitiua ⁊ propria obiecta: actus vero partis vegetatiue neutro modo ſubſunt imperio: ſed concupiſcentia et applicatio eorum ſicut aliorum actiuorum ⁊ paſſiuorū naturalium. Cadit eniꝫ ſub imperio rationis concupiſcere hoc pulchruꝫ: ita ꝙ ⁊ in poteſtate hominis eſt concupiſcere ⁊ non concupiſcere: et concupiſcere hoc ⁊ non hoc. Sed non cadit ſub rationis imperio ꝙ virt⁹ ge-

neratiua emittat vel non emittat ſemen: aut q generet aut nõ: aut hoc vel illud: q̃uis cadat ſub imperio applicatio v̄tutis generatiue cum ſua actiõe ſi hʒ: ſicut non cadit ſub im̄pio q ignis excutiatur ex lapide: ſed hoc pẽdet ex v̄tute lapidis percuſſi ꝛc̄. q̃uis applicatio lapidis ꝛ ferri cũ ſuis efficaciis ad excutiendũ ſub imperio cadat. vnde non quandoqꝫ ſic ꝛ quandoqꝫ non pars generatiua im̄pio ſubditur: ſed nũq̃ actus ei⁹ vt ſic imperio ſubditur: q̃uis ipſi⁹ cum ſua efficacia ꝛ actione q̃ naturaꝫ ſequit̃ applicabilitas imperio ſubſit rationis: ꝛ propterea inter voluntaria cõputatur.

¶ Arti. VII.

In riſione ad 2ᵐ articuli 7ⁱ. Collecto ex littera ordine apꝑhenſionis appetitus motus cordis ꝛ qualitatis ſequẽtis aſpice q vari⁹ motus cordis ex apꝑhẽſione ꝛ appetitu aïali naſcẽs corp⁹ mouet et alterat ſ̄m diuerſas qualitates: alteratum aũt corp⁹ varie ẽt afficit imaginationem ꝛ appetitum vt ſupi⁹ habitum eſt: et varie diſponitur ipſum corpus ex h̄ ad ſanitateꝫ ad cor ad habilitateꝫ hanc vel illaꝫ. Et cũ hec aſpexeris: videbis q pluries accidentia contingẽtia perſonis patiẽtibus extaſim ꝛ huiuſmodi cauſantur ex ſua apprehenſione originaliter: q̃uis forte conſuetudo mutata in naturaꝫ etiã inuitas poſtmodum afficiat. Cuius ſignum eſt q ſi diutius ad oppoſitos mentis actus ſe toto conatu trãſferũt: ab huiuſmodi accidẽtibus deſeruntur: vt experientia fide digna vidici: q̃uis exorbitans motus cordis manifeſte apparẽs in his ſufficiẽs teſtimonium afferat quod ſecundum naturalem cauſarũ ordinẽ hec fiãt ſ̄m quas materia corporalis: nec ꝓprio intellectui: nec angelico: ſed diuĩno tantuꝫ obedit ad alterationeꝫ niſi mediãte motu locali: ꝓpter qd̄ ſaluanduꝫ hec ſunt dicta.

¶ In reſponſione ad 3ᵐ eiuſdẽ ſeptimi articuli aduerte duo primum eſt q imagiatio nõ quorumcũqꝫ: ſed conſideratorum a ratione ſubeſt imperio ratiõis. Si tamen imagiabilia ſunt: quoniaꝫ imaginatio nata eſt ad imperium rationis formare noua phantaſmata infra latitudineꝫ intellectoruꝫ: qd̄ dicamus propter cecum natuꝫ: cuius imaginatio nũquã formabit phãtaſma coloris: qui nec a ratione eius intelligitur. Secundum eſt q taꝫ imaginari vel non imaginari q̃ imaginari hoc vl̄ illud ſubeſſe itelligitur noſtro imperio.

ad actum appetitus ſenſitiui. Uno mõ vt p̄cedens: ꝑut aliquis eſt aliqualiter diſpoſitus ſ̄m corpus ad hanc vel illam paſſionẽ. Alio mõ vt ꝯſequẽs ſicut cũ ex ira aliquis icaleſcit: qualitas igit̃ p̄cedens nõ ſubiacet imperio rõnis. q꜡ vel eſt ex natura: vel ex aliqua precedenti motione que non ſtatiꝫ quieſcere põt: ſed qualitas cõſequẽs ſequit̃ imperiũ rõnis: q꜡ ſequit̃ motũ localeꝫ cordis quod diuerſimode mouetur ſ̄ꝫ diuerſos actus ſenſitiui appetitus. ¶ Ad tertium dicẽdũ: q q꜡ ad apprehenſionem ſenſus requiritur ſenſibile exteri⁹ non eſt in poteſtate noſtra apprehendere aliquid ſenſu niſi ſenſibili preſente: cuius preſentia nõ ſemper eſt in poteſtate noſtra. tũc. n. homo poteſt vti ſenſu cum voluerit. niſi ſit impedimentum ex parte organi. Apprehenſio autem imaginationis ſubiacet ordinationi rationis ſ̄m moduꝫ virtutis vel debilitatis imaginatiue potentie. Qꝛ. n. homo nõ poſſit imaginari que ratio conſiderat. cõtingit: vl̄ ex hoc q nõ ſunt imaginabilia ſicut incorporalia vl̄ ꝓpter debilitateꝫ virtutis imaginatiue: que eſt ex aliqua indiſpoſitione organi.

¶ Utrum actus anime vegetabilis imperẽt̃. Arti. VIII.

Ad octauum ſic proceditur. Uidetur q actus vegetabilis anime imperio rationis ſubdantur. vires enim ſenſitiue nobiliores ſunt viribus anime vegetabilis: ſed vires anime ſenſitiue ſubduntur imperio rationis. ergo multo magis vires anime vegetabilis. ¶ Preterea. Homo dicitur minor mundus: q꜡ ſic eſt anima in corpore ſicut de⁹ in mũdo: ſed deus ſic eſt in mundo q omnia que ſunt in mundo obediunt eius imperio ergo ꝛ omnia que ſũt in homine obediunt imperio rationis: etiam vires vegetabilis aïe. ¶ Preterea. Laus ꝛ vituperium nõ cõtingit niſi in actibus qui ſubduntur imperio rationis: ſed in actibus nutritiue ꝛ generatiue potentie cõtingit eſſe laudem ꝛ vituperium ꝛ virtuteꝫ ꝛ vitium: ſicut patet in gula ꝛ luxuria ꝛ virtutibus oppoſitis: ergo actus harum potentiarum ſubduntur imperio rationis. ¶ Sed cõtra eſt quod Grego. niceníus dicit. q id qd̄ non perſuadetur a ratione eſt nutritiuum ꝛ generatiuum. ¶ Rñdeo dicẽdũ: q actuũ qdã ꝓcedũt ex appetitu nãli: qdaꝫ aũt ex appetitu animali vel intellectuali. oẽ. n. agens aliquo mõ appetit fineꝫ: appetit⁹ aũt nãlis nõ ꝯſequit̃ aliq̃ apꝑhenſionẽ. ſic ſequit̃ appetitus aïalis ꝛ intellectualis. ratio auteꝫ imperat per modum apprehẽſiue virtutis: ꝛ ideo actus illi qui procedunt ab appetitu intellectiuo vel animali poſſunt a ratione imperari: non auteꝫ actus illi qui procedunt ex appetitu naturali. huiuſmodi. n. actus ſunt vegetabilis anime. vnde vt Grego. nicenus dicit Qꝛ vocatur naturale: quod generatiuum ꝛ nutritiuum: ꝛ ꝓpter hoc actus vegetabilis anime non ſubdunt̃ iperio rõnis.

rio: quatenus pēdet ex parte anime: ſicut de appetitu ſenſitiuo dictum eſt. Contingit enim ex corporis diſpoſitiōe vel repentino motu improbas pati imaginationes nullo imperante. Et in hoc eſt magna latitudo in tantū vt aliqui patiantur hꝫ imaginationes ſic vt vigilantibus appareāt: ſicut alijs apparent dormientibus. Et hic plerūqꝫ fit vt dicant ſe vidiſſe vel audiuiſſe: qđ tamē non fuit in veritate: ſed ſicut in ſomnijs: vt paret non ſolū in freneticis ſꝫ melancolicis. vnde ſublatis impedimentis ex parte corporis in ptāte noſtra ē has imaginationes excludere: ⁊ alias aſſumere ſcđꝫ imperiuꝫ rationis perfectuꝫ: ſed cōtingit negligentibus ꝓpter iperfectuꝫ imperium pſeuerare plerūqꝫ malas imaginationes quas dicunt ſe pati contra volūtatem: ⁊ non eſt ſic: quia ex imperfecto patiūtur imperio.

Arti. VIII.

In rñſione ad pmū octaui articuli dubiū occurrit de rōne aſſignata ibidem. ſ. ꝙ quanto aliquis act⁹ eſt immaterialior tāto eſt nobilior: ⁊ magis ſubditur imperio rationis. Cōtradicit. n. hoc articuli primo politicoꝝ: ⁊ autori in articu͛ precedenti ⁊ experientie. Experimur. n. ꝙ corporis membra magis obediūt rōni ꝙ̄ paſſiones appetitus ſenſitiui. Et dcm̄ eſt ꝙ ratio preeſt appetitui ſenſitiuo nō totaliter. Corpori aūt ſic ⁊c̄. Et tñ ſm hanc rationeꝫ paſſiones appetitus ſenſitiui cum ſint actus ſpiritualiores deberent magis imperio rōnis ſubdi ꝙ̄ motus manus ⁊ pedis.

Ad hoc dr̄ ꝙ obedientia orit̄ ex ꝓpinqtate: ſꝫ ꝓpinqtas eſt ⁊ ſimilitudinis. ſ. ⁊ ꝓportiōis: ⁊ ſm ſimilitudinē qdē ꝙ̄to act⁹ eſt nobilior tāto ꝓpior ſm nām ſuā eſt rationi: ⁊ aptior vt ſequat̄ eā: ſm ꝓportionē vero ꝙ̄to bonū ꝓprium ad qđ aliqd infra latitudinē obſequentiū ordinat̄ eſt magis ꝯſonū rōni tāto magis ſubdit̄ eius impio. Cōſtat aūt ꝙ appetit⁹ ſenſitiuus ⁊ corp⁹ aptū natū obſequi ratiōi ſic ſe hñt ad ꝓpa bona ꝙ ille ex nā ꝓpria inclinatur ad bonū qñqꝫ ꝯtrariuꝫ rōni. Caro enī concupiſcit aduerſus ſpiritū: ⁊ ſpirit⁹ aduerſus carnē. Iſtđ vero ex nā ſua nō inclinat̄ ad bonū diſſonuꝫ rōni: imo a natura fabricatū eſt habile ad motum conſonum rōni. Cuius duo ſigna ſunt. Primuꝫ ꝙ corpora celeſtia ad ſoluꝫ rationaleꝫ motū habilia ſunt nihil oīno habentia impedimenti ad obediendū rationi motrici. Secundū ꝙ in nobis nullus notus mot⁹ animalis nr̄oꝝ membroꝝ ſubducitur ab obediētia ratiōis niſi pudēdoꝝ q̄ ad maxie delectabile ſm ſenſuꝫ ꝙ olim appe͛ᵗˢ ſēſitiui ordinātur: d q̄ ſcriptū ē. video aliā legeꝫ in mēbris meis repugnātē legi mentis mee: appetit⁹ ḡ paſſiōes: ſꝫ ex nāe nobilit͛ᵉ magis obediant rōni ꝙ̄ corpis mot⁹ pp ꝯrietatē tñ ānexā bono ꝓpo ad rōnē nō plene rōni ſubdit̄: pp cuius ꝯrietatis defectū corpis mēbra plene ſubdunt̄ rōnis iperio ad ſuos aīales mot⁹: ⁊ h̄ itellige nouitie qñ iſita ſunt nāli diſpōne. ſi. n. ifirmitate aut laſſitudine idiſpo͛ᵗᵃ ſint h̄ ex nāe necītate ꝯtigit: appe͛ᵗᵘˢ āt ſenſitiuus ex ſua iclīatōe nāli tēdit i bo͛ᵐ diſſonās rōi: vt dcm̄ ē.

In reſpōſione ad vltimū octaui articuli nota duo. Primum eſt ꝙ diſpoſitio requiſita ad motū bonū membro-

Ad primuꝫ ḡ dōm: ꝙ ꝙ̄to aliqs act⁹ eſt imālior: tanto eſt nobilior ⁊ magis ſubdit⁹ ipio rōnis. vñ ex hoc ipſo ꝙ vires aīe vegetabilis nō obediūt rōni: appet has vires īfimas eē. Ad ſcđm dōm: ꝙ ſimilitudo attendit̄ ꝙ̄tum ad aliquid: qꝛ. ſ. ſicut deus mouet mūdū: ita aīa mouet corpus: nō aūt ꝙ̄tuꝫ ad oīa. nō. n. anima creauit corpus ex nihilo ſicut de⁹ mūdū: ꝓpter qđ totaliter ſubdit̄ eius impio. Ad tertium dōm: ꝙ ꝟtus ⁊ vitiuꝫ: laus ⁊ vituperiuꝫ nō debent̄ ipſis actibus nutritiue vel gnātiue potentie: que ſunt digeſtio ⁊ formatio corpis humani: ſꝫ actibus ſenſitiue partis ordinatis ad act⁹ gnātiue vel nutritiue: puta in ꝯcupiſcēdo delectatione cibi ⁊ venereoꝝ: ⁊ vtendo ſm ꝙ oꝫ: vel nō ſm ꝙ oꝫ.

Utrū actus exterioꝝ mēbrorum imperent̄. Arti. IX.

Ad nonuꝫ ſic ꝓcedit̄. Uidet̄ ꝙ mēbra corporis nō obediāt rōni ꝙ̄tū ad act⁹ ſuos. ꝯſtat. n. ꝙ membra corpis magis diſtant a rōne ꝙ̄ vires aīe vegetabilis: ſꝫ vires anime vegetabilis non obediūt rōni: vt dictuꝫ eſt. ergo multo minus mēbra corpoꝝ. Preterea. Cor eſt pncipiū motus aīalis ſꝫ motus cordis nō ſubdit̄ imperio rōnis. dicit. n. Grego. nice. ꝙ pulſatiuuꝫ nō eſt pſuaſibile ratione. ergo motus mēbroꝝ corpaliū nō ſubiacet iperio rōnis. Preterea. Aug. dicit. xiiij. de ciui. dei. Qꝛ motus mēbroꝝ genitaliū aliqñ importunus eſt nullo poſcēte: aliqñ āt deſtituit inhiantē: ⁊ cū in aīo cōcupiſcenti ferueat: friget in corpore. ergo motus mēbroꝝ nō obediūt rōni. Sed ꝯtra eſt qđ Aug. dicit. viij. confeſ. Impat anim⁹ vt moueat̄ manus: ⁊ tāta eſt facultas vt vix a ſeruitio diſcernatur imperiū. Rñdeo dōm ꝙ mēbra corporis ſunt organa quedā potētiarum aīe: vñ eo mō quo potentie aīe ſe hñt ad hoc ꝙ obediant rōni: hoc mō ſe hñt etiaꝫ corporis mēbra. qꝛ igit̄ vires ſenſitiue ſubdunt̄ impio rationis: non autem vires naturales: ideo oēs motus membrorū que mouent̄ a potētijs ſenſitiuis ſubdunt̄ impio ratiōis. motus aūt membroꝝ qui cōſequunt̄ vires nāles nō ſubdunt̄ impio rōnis. Ad primū ergo dōꝫ: ꝙ mēbra nō mouēt ſeipſa: ſꝫ mouent̄ per potētias anime quarum quedam ſunt rationi viciniores ꝙ̄ vires anime vegetabilis. Ad ſcđꝫ dicendū ꝙ in his que ad intellectuꝫ ⁊ voluntatē ptinēt primū inuenit̄ id quod eſt ſm nām ex

rum non eſt il/
la qualitas de
qua ſuperius
dictuȝ eſt ꝙ ſe/
quitur paſſio/
neȝ appetitus
mediante mo/
tu cordis: ſed
ē qualitas na/
turalis ſoli na/
ture ſubiecta ꝑ
quam motus
iſte non volun
tarius ſed na/
turalis eſt. Se
cundum eſt ꝙ
ĩ lrã due cauſe
ex Ariſto. tan/
guntur: quare
mēbra hec ha/
bent motū pro
prium natura/
lem. prima eſt
quia quodlibȝ
eorum eſt qua
ſi ſeparatū ani
mal. ſecunda ē
quia quodlibȝ
eoruȝ eſt prin/
cipium: ex pri/
ma enim habeť
ꝙ motus iſte
nō ſubdiť im/
perio ſuperio/
ris partis: ex q̃
enim eſt quaſi
ſeparatum ani
mal ſecunduȝ
ſeipſum habet
motum nō im
peratū ab alio.
Ex ſecūda ve/
ro ꝙ mot⁹ iſte
ē naturalis: qꝛ
principia opor
tet eſſe natura
lia.

Qō. XVIII.

C Irca .q. 18. ini
tiu recolito ex
ſupradictis qd
nominis actio
nis humane ⁊
mali moralis.
Primum eniȝ
ſonat act⁹ vo/
luntarios. Se/
cundum priua
tioneȝ boni de
biti actioni vo
luntarie.

quo alia deriuanť: vt a cogni/
tiōe pꝛīcipioꝝ nālr notoꝝ no/
tať cognitio ꝯclonum: ⁊ a vo
luntate finis nāliter deſidera/
ti deriuať electio eoꝝ que ſunt
ad finem: ita etiā in corꝑalib⁹
motib⁹ pꝛīcipiuȝ eſt ſᷓm nām.
pꝛīcipiuȝ aūt corꝑalis motus
eſt a motu cordis. vnde mot⁹
cordis ſᷓm nām ē ⁊ nō ſᷓm vo
luntateȝ. ꝯſeqť. n. ſicut ꝑ ſe ac
cidens vitā que eſt ex vnione
corporis ⁊ anime: ſicut mot⁹
grauium ⁊ leuiū ꝯſequť for/
mam ſubalē ipſoꝝ. vñ ⁊ a ge/
nerante moueri dñr ſᷓm phm
in. viij. phy. ⁊ ꝓpter hoc mo/
tus iſte vitalis dī. vñ Greg. ni
cenus dicit. ꝙ ſicť generatiuuȝ
⁊ nutritiuuȝ non obedit rōni:
ita nec pulſatiuum qḋ eſt vita
le: pulſatiuū aūt appellat mo
tum cordis: q māifeſtať ꝑ ve/
nas pulſatiles. ❡ Ad tertium
dōȝ: ꝙ ſicut Aug. dič in. xiiij.
de ciui. dei. Hoc ꝙ motus ge/
nitaliuȝ membꝛoꝝ rationi nō
obedit eſt ex pena peccati: vt
.ſ. aia ſue inobedientie ad deū
in illo p̃cipue membro penaȝ
iobedientie patiať: ꝑ qḋ pctm̄
originale ad poſteros traduci
tur: ſȝ q: per pctm̄ primi parē
tis: vt infra diceť: nā eſt ſibi reli
cta ſubtracto ſupnaturali do/
no qḋ homini diuinitus erat
collatum: ideo ꝯſiderāda eſt
ratio nālis: quare motus hu/
iuſmodi membꝛoꝝ ſpāliter ra
tioni non obedit: cui⁹ cām aſ/
ſignat Ariſto. in lib. de cauſis
motus aialium: dicens inolū
tarios eſſe mot⁹ cordis ⁊ mē/
bꝛi pudendi. ſ. qꝛ ex aliqua ap/
pꝛehēſiōe huiuſmodi mem/
bꝛa cōmouenť: inquātuȝ. ſ. in/
tellect⁹ ⁊ fantaſia repꝛeſentāt
aliqua ex quibus ꝯſequuntur
paſſiones aie: ad quas ꝯſequi
tur motus hoꝝ membꝛoꝝ: nō
tñ moueť ſᷓm iuſſum rationis

aut intellus: qꝛ. ſ. ad motum hoꝝ membꝛoꝝ
reqriť aliqua alteratio nālis. ſ. caliditatis ⁊ fri
giditatis: que qdeȝ alteratio nō ſubiacet impe
rio ratōis. ſpāliter aūt hoc accidit in his duo/
bus membꝛis: q: vtrūqȝ iſtoꝝ membꝛoꝝ eſt
q̃ſi qddā aial ſeparatuȝ inquātuȝ eſt pꝛīcipiū
vite. pꝛīcipiuȝ aūt eſt virtute totū. corꝛ. n. pꝛici
piuȝ eſt ſenſiuuȝ: ⁊ ex membꝛo genitali virtus
exit ſeminalis: que eſt virtute totuȝ anial. ⁊ idō
hñt ꝓpꝛios mot⁹ nāliter: q: pꝛincipia opȝ eſſe
naturalia: vt dictum eſt.

❡ De bonitate ⁊ malitia humanoꝛuȝ actuum
in generali. ❡ Queſtio. XVIII.

P Oſt hoc ꝯſiderādum eſt de boni
tate ⁊ malitia humanoꝝ actuuȝ.
Et pꝛimo qūo actio humana ſit
bona vel mala. Scḋo de his que
ꝯſequunť ad bonitatem vel mali
tiā humanoꝝ actuū: puta meritū
vel demeritū: pctm̄ ⁊ culpa. ❡ Circa pꝛimuȝ
occurrit triplex ꝯſideratio. ❡ Pꝛia eſt de bo
nitate ⁊ malitia humanoꝝ actuuȝ in generali.
❡ Scḋa de bonitate ⁊ malitia iterioꝝ actuū.
❡ Tertia de bōitate ⁊ malitia exterioꝝ actuū.
❡ Circa pꝛimū q̃runť. xj. ❡ Pꝛimo vtꝝ ois
actio ſit actio bona: vel aliq̃ ſit mala. ❡ Secū
do vtꝝ actio hois hēat ꝙ ſit bona vel mala ex
obīo. ❡ Tertio vtꝝ hoc habeat ex circūſtātia.
❡ Quarto vtꝝ hoc habeat ex fine. ❡ Quito
vtꝝ aliq̃ actio hois ſit bona vł mala in ſua ſpe
cie. ❡ Sexto vtꝝ act⁹ hēat ſpēȝ boni vel mali
ex fine. ❡ Septio vtꝝ ſpecies q̃ eſt ex fine cōti
neať ſub ſpecie q̃ eſt ex obīo ſicut ſub genere:
aut ecōuerſo. ❡ Octauo vtꝝ ſit aliqs act⁹ in/
differēs ſᷓm ſuā ſpecieȝ. ❡ Nono vtꝝ aliquis
act⁹ ſit indñs ſᷓm iduiduū. ❡ Decio vtꝝ ali/
qua circūſtātia ꝯſtituat actū moꝛalē in ſpecie
boni vel mali. ❡ Undecimo vtꝝ ois circūſtā
tia augens bonitateȝ vel malitiā ꝯſtituat actū
moꝛalem in ſpecie boni vel mali.

❡ Utrum omnis humana actio ſit bona vł ali
qua mala. ❡ Articulus. I.

A D pꝛimum ſic ꝓcediť. Videť ꝙ ois
actio hois ſit bona: ⁊ nulla ſit mala.
dicit. n. Diony. iiij. ca. de diui. no. Qꝛ
malū non agit niſi virtute boni: ſȝ vir
tute boni non ſit malū. g̃ nulla actio eſt mala.
❡ Preterea. Nihil agit niſi ſᷓȝ ꝙ eſt actu: nō
eſt aūt aliqd maluȝ ſᷓm ꝙ eſt actu: ſȝ ſᷓm ꝙ po
tentia priuať actu. inquātū aūt potentia ꝑficiť
ꝑ actū eſt bonuȝ: vt dř in. ix. metaphy. Nihil

ergo

ergo agit inq̄tū eſt malū: ſʒ ſolū inquātū ē bonū: oīs ḡ actio eſt bona ⁊ nulla mala. ¶ Preterea. Malū nō pōt eē cā niſi p accīs vt pʒ p Dio. iiij. ca. de diui. no. ſʒ oīs actiōis ē aliqs p ſe effect⁹: nulla ḡ actio ē mala: ſʒ oīs actio ē bona. ¶ Sʒ ↄ̄ eſt qđ dn̄s dicit Joā. iij. Oīs qui male agit odit lucē. eſt ḡ aliq̄ actio hoīs mala.

¶ Rn̄deo dōm q̄ de bono ⁊ malo in actionibus oʒ loq̄ ſic̄ de bono ⁊ malo in rebus: eo q̄ vnaqueqʒ res talē actionē pducit q̄lis eſt ipa. Jn reb⁹ aūt vnūq̄dqʒ tm̄ hʒ de bono: q̄ntū hʒ de eē. bonū. n. ⁊ ens ↄuertunt̄: vt in p̄io dcm̄ eſt. ſolus āt deus hʒ totā plenitudinē ſui eē ſʒ aliqd vnū ⁊ ſimplex. vnaqueqʒ res ꝟo hʒ plenitudinē eēndi ſibi ↄuenientē ſm diuerſa. Vn̄ in aliq̄bus ↄtingit q̄ q̄ntū ad aliqd hn̄t eē: ⁊ tn̄ eis aliqd deficit ad plenitudinē eēndi eis debitā: ſicut ad plenitudinē eē humani reqrit̄ q̄ ſit qđdā ↄpoſitū ex aīa ⁊ corpe hn̄s oēs potētias ⁊ inſtra cognitiōis ⁊ mot⁹. vn̄ ſi aliqd hoꝝ deficiat alicui hōi deficit ei aliquid de plenitudine ſui eē. q̄ntū igit̄ hʒ de eē: tm̄ hʒ de bonitate iquātū ꝟo aliqd ei deficit de plenitudine eēndi: intm̄ deficit a bonitate: ⁊ dicit̄ malū: ſicut hō cecus hʒ de bonitate q̄ viuit: ⁊ malū eſt ei q̄ caret viſu: ſi ꝟo nihil haberet de entitate vl' bonitate: neqʒ malū neqʒ bonū dici poſſet: ſed q: de rōne boni eſt ipa plenitudo eēndi: ſi qdē alicui aliqd defuerit de debita eēndi plenitudine: nō dicet̄ ſimpliciter bonū: ſʒ ſm qd inquātū eſt ens. poterit tn̄ dici ſimpliciter ens. ⁊ ſm qd nō ens: vt in primo dcm̄ eſt. Sic igit̄ dōm eſt: q̄ oīs actio iquātū hʒ aliquid de eſſe: intātū hʒ de bonitate. inquātū ꝟo deficit ei aliqd de plenitudine eſſendi q̄ debet̄ actioni hūane: intātū deficit a bonitate: ⁊ ſic dr̄ mala: puta ſi deficiat ei: vel determinata q̄ntitas ſm rōnē vl' debit⁹ loc⁹: vel aliqd hmōi. ¶ Ad primū ergo dōʒ q̄ malū agit in ꝟtute boni deficiētis. ſi. n. nihil eēt ibi de bono: neqʒ eēt ens: neqʒ agere poſſet. ſi aūt nō eēt deficiēs: nō eſſet malū. vn̄ ⁊ actio cāta eſt qđdā bonū deficiēs: q: ſm qd eſt bonū: ſimpl'r aūt malū. ¶ Ad ſcđʒ dōʒ q̄ nihil phibet aliqd eſſe ſm qd in actu vn̄ agere poſſit. ⁊ ſm aliud priuari actu vn̄ cauſet deficientē actionē: ſicut hō cecus actu hʒ ꝟtutem greſſiuā p q̄ʒ ambulare pōt: ſʒ iquātū caret viſu q̄ dirigit in ambulādo: patit̄ defectū in ambulādo dū ambulat ceſpitādo. ¶ Ad tertium dōm q̄ actio mala pōt hr̄e aliquē effectū p ſe ſm id qđ hʒ de bonitate ⁊ entitate: ſic̄ adulteriū ē cā gn̄atiōis hūane iquātū hʒ ↄmixtionē maris ⁊ femie: nō āt inquātū caret ordine rōnis.

¶ Utꝝ actio hoīs hēat bonitatē vel malitiā ex obo. Arti. II.

AD ſcđm ſic pcedit̄. Videt̄ q̄ actio non habeat bonitatē vl' malitiā ex obo. obʒ. n. actionis eſt res: in reb⁹ aūt nō eſt malū: ſʒ in vſu peccātiū: vt Aug. dicit in lib. iij. de doc. xpia. ergo actio humana nō hʒ bonitatē vel malitiā ex obiecto. ¶ Preterea. Obm cōparat̄ ad actionem vt materia: bonitas autē rei nō eſt ex materia: ſed magis eſt forma q̄ eſt act⁹: ergo bonum ⁊ malum nō eſt in actibus ex obiecto. ¶ Preterea. Obiectum potentie actiue comparatur ad actionē ſicut effectus ad cām: ſed bonitas cāe nō depēdet ex effectu: ſed magis econuerſo: ḡ actio humana nō habet bonitatem vel malitiam ex obto. ¶ Sed cōtra eſt qđ dicit Oſee nono. Facti ſunt abbominabiles ſicut ea que dilexerūt. fit aūt hō deo abbomiabilis pter malitiā ſue opationis: ergo malitia opationis eſt ſm obiecta mala que homo diligit: ⁊ eadem ratio eſt de bonitate actionis.

¶ Rn̄deo dōm q̄ ſic̄ dcm̄ eſt bonū ⁊ malum actionis ſicut ⁊ ceteraꝝ rerū attendit̄ ex plenitudine eēndi vel defectu ipſius: primū āt qđ ad plenitudinē eſſendi ptinere videt̄: eſt id qđ dat rei ſpeciē: ſicut aūt res naturalis hʒ ſpēm ex ſua forma: ita actio hʒ ſpēm ex obiecto: ſicut ⁊ motus ex termino. ⁊ ideo ſicut prima bonitas rei nālis attēdit̄ ex ſua forma que dat ſpēm ei: ita ⁊ prima bonitas actus moralis attendit̄ ex obto ↄueniēti. vn̄ ⁊ a q̄buſdā vocat̄ bonum ex genere: puta

¶ Arti. II. In ca ar ticu lū 2ᵐ. q. eiuſdē omiſſo p°: aduerte p° q̄ autor q̄ſi plus determinās q̄ q̄ſierit n̄ ſolū dicit q̄ act⁹ ē bonus moral'r ex obo ſʒ q̄ hʒ bonitatē p̄mā ⁊ ſpecificam ab eo. Cū. n. oīs q̄ſtio ſit qō medij: vt pʒ. 2. poſteriorū: optʒ rn̄dit ſil' q: ē ct pp qd ē act⁹ bonus moral'r ex obo: q: ſ. ē ſpecificās p̄nium. Aduerte 2° q̄ lʒ i p bozū. ſ. q̄ p⁹ bonitas moralis in actu ſit ex obo ſequat̄ Scot⁹ autoris doctrinā. In 2° tn̄ bozū diſſentit in q̄li. q. 18. arti° p putās q̄ determiatio ex obo ita ↄſtituat bonitatē act⁹ moralis in nullā ſpecificā bonitatē det illi ſʒ capacitatē oīs bonitatis ſpecifice i gn̄e moris: hec qdē dicit ſʒ nō probat: ⁊ tn̄ cōſtat q̄ amare deū ⁊ odiū dei: actus m̄rimōlalis: adulteriū: ⁊ ſilia bonitatē ⁊ malitiā hn̄t ſpecificam ex obis: ita q̄ n̄ ſolū bonitatē vl' malitiā gn̄icā ſeu cōem dat obm vt vti re ſua aut aliena ſʒ etiā ſpāliſſimā gn̄are ex ppria aut ex aliena vxore.

vti re ſua. ⁊ ſic in rebus nãlibus primũ malũ ẽ
ſi res generata nõ ↄſequitᷣ formã ſpecificã: pu
ta ſi nõ gñetᷣ hõ: ſʒ aliqd loco hoĩs: ita primuʒ
malũ in actionibus moralibꝰ eſt qḋ ẽ ex obo:
ſicẽ accipe aliena. ⁊ dicitᷣ malũ ex genere: gñe ꝑ
ſpẽ accepto: eo mõ loquẽdi quo dicimus hu
manũ genus totam humanã ſpẽm. ℭ Ad pri
mũ ergo dõm ꝙ lʒ res exteriores ſint in ſeipis
bone: tñ nõ ſemꝑ hñt debitã ꝓportionem ad
hãc vel illã actionẽ: ⁊ iõ inquãtũ conſideranᷣ
vt obiecta taliũ actionũ nõ hñt rõnẽ boni. ℭ Ad
ſcðm dõm ꝙ obm nõ eſt mã ex qua: ſʒ mate-
ria circa qꝫ: ⁊ hʒ quodãmõ rõnem forme in-
quãtũ dat ſpẽm. ℭ Ad tertiũ dõm: ꝙ nõ ſem
per obm actionis humane eſt obm actiue po-
tentie. nã appetitiua potẽtia eſt quodãmõ paſ
ſiua inquãtũ mouetᷣ ab appetibili: ⁊ tñ eſt pri
cipiũ hũanoꝝ actuũ: neqꝫ ẽt potẽtiaꝝ actiuaꝝ
obiecta ſemꝑ hñt rõnẽ effectus: ſʒ qñ iã ſunt trãſ
mutata: ſicut alimentũ trãſmutatũ eſt effectꝰ
nutritiue potentie: ſʒ alimentũ nõdum trãſmu
tatũ comparᷣ ad potẽtiã nutritiuã: ſicut mã cir
ca qꝫ operatᷣ: ex hoc aũt ꝙ obm eſt aliquo mõ
effectus potẽtie actiue ſequitᷣ ꝙ ſit terminus
actiõis eiꝰ: ⁊ ꝑ ↄñs ꝙ det ei formã ⁊ ſpẽʒ: mo
tus. n. hʒ ſpeciem a terminis: ⁊ qꝛuis etiaʒ bo
nitas actionis nõ cauſetᷣ ex bonitate effectus:
tamen ex hoc dicitur actio bona ꝙ bonuʒ effe
ctum inducere põt ⁊ ita ipſa ꝓportio actionis
ad effectum eſt rõ bonitatis ipſius.

ℭ Utrũ actio hoĩs ſit bona vel mala ex circum
ſtantia. ℭ Articulus. III.

Ad tertiũ ſic procedit. Uidetᷣ ꝙ actio
nõ ſit bona vl' mala ex circũſtãtia: cir
cũſtãtie. n. circũſtãt actũ ſicẽ extra ipſʒ
exiſtẽtes: vt dcm̃ eſt: ſed bonũ ⁊ ma
lum ſunt in ipſis rebꝰ: vt dicitᷣ in. vj. metaph.
ergo actio nõ hʒ bonitatẽ vel malitiã ex circum
ſtãtia. ℭ Preterea. Bonitas vel malitia actꝰ
maxime ↄſideratᷣ in doctrina moꝝ: ſʒ circũſtã
tie cũ ſint q̃dã accñtia actuũ videntᷣ eẽ ꝑter cõ-
ſiderationẽ artis: qꝛ nulla ars cõſiderat id qḋ
eſt ꝑ accñs: vt dicitᷣ in. vj. metaph. ergo boni-
tas vel malitia actionis nõ eſt ex circunſtãtia.
ℭ Preterea. Id qḋ conuenit alicui ſm ſuam
ſubam nõ attribuitᷣ ei ꝑ aliqḋ accñs: ſʒ bonuʒ
⁊ malũ ↄuenit actioni ſm ſuã ſubam: qꝛ actio
ex ſuo genere põt eẽ bona vel mala: vt dcm̃ ẽ:
ergo nõ ↄuenit actiõi ex circũſtãtia ꝙ ſit bona vel
mala. ℭ Sʒ ↄ eſt qḋ phus dicit in lib. ethi. ꝙ
virtuoſus operatᷣ ſm ꝙ oꝫ: ⁊ qñ oꝫ: ⁊ ſm alias
circunſtãtias: ergo ex cõtrario vitioſus ſm vnũ-
qḋqꝫ vitiũ operatᷣ qñ nõ opꝫ: vbi nõ oꝫ: ⁊ ſic
de alijs circũſtantijs: ergo actiones humane
ſm circũſtantias ſunt bone vel male. ℭ Rñ-
deo dõm ꝙ in rebus nãlibus nõ inuenitᷣ tota
plenitudo ꝑfectiõis q̃ debetᷣ ei ex forma ſuba-
li que dat ſpẽm: ſed multum ſuperadditᷣ ex ſu
peruenientibus accidentibus: ſicut in hoĩe ex
figura: ex colore: ⁊ ſic de alijs: quoꝝ ſi aliqḋ
deſit ad decentẽ beatitudinẽ cõſequitᷣ maluʒ:
ita ẽt eſt in actione. nã plenitudo bonitatis eiꝰ
nõ tota ↄſiſtit in ſua ſpecie: ſʒ aliquid additᷣ ex
his que adueniũt tanqꝫ accidẽtia q̃dã: ⁊ hmõi
ſunt circunſtantie debite: vnde ſi aliquid deſit
qḋ requiratᷣ ad debitas circũſtãtias erit actio
mala. ℭ Ad primum ergo dõm ꝙ circũſtãtie
ſunt extra actionẽ inquãtũ nõ ſunt de eſſentia
actionis: ſunt tñ in ipſa actione velut quedam
accidentia eius: ſicut ⁊ accidentia que ſunt in
ſubſtãtijs naturalibus ſunt extra eẽntias eaꝝ.
ℭ Ad ſcðm dõm ꝙ nõ oĩa accidentia ꝑ accñs
ſe hñt ad ſuam ſubſtantiã: ſed q̃dam ſunt per
ſe accidentia que in vnaquaqꝫ arte conſiderã-
tur: ⁊ per hũc modũ conſiderantᷣ circunſtan
tie actuum in doctrina morali. ℭ Ad tertium
dõm ꝙ cũ bonum conuertatᷣ cum ente: ſicut
ens dicitᷣ ſm ſubam ⁊ ſm accidens: ita ⁊ bo-
num attribuitᷣ alicui ⁊ ſm eſſe ſuum eſſentia-
le ⁊ ſm eſſe accidentale tam in rebus natura-
libus qꝫ in actionibus moralibus.

ℭ Utrum actio humana ſit bona vel mala ex
fine. ℭ Articulus. IIII.

Ad quartum ſic ꝓcedit. Uidetᷣ ꝙ bo
nat actū queꝫ

conſtituit malum. Conſtitutio eniȝ actus in eſſe mali ex obiecto eſt. Conſtat aūt tranſmutationē actus de bonitate in malitiā conſtitutioneȝ eſſe in eſſe mali. Aduerte 2° q̄ in lr̃a ex his locis habes duas regulas generales de circūſtantijs dantibus ſpēs moralibus actibus. Prima eſt nunc dicta q̄ quādocūq; circūſtantia facit actuȝ de bono aut nō bono in maluȝ dat ſpeciem. Secūda eſt hic i articulo. 10. q̄ quādocūq; circūſtantia reſpicit. ſpetialē. i. ſm ſe p̄prium ordineȝ rōnis dat ſpēs: vtraq; ē expoſita: ⁊ vtramq; oportet notare ⁊ recolere in. q. 72ª vbi de ſpecificatione peccatorum agitˀ.

¶ Qō. XIX.

Circa p̄ᵐ articuluȝ. q. 19. dubiū occurrit de illa ꝓpoſitiōe: bonū ⁊ maluȝ ſunt per ſe differētie actˀ volūtatis: aut eni intēdit de actibus volūtatis ſimpliciter aut in gñe moriſ. Si de actu voluntatis ſimpliciter tunc ſequeretˀ q̄ vnˀ numero actus voluntatis ſubaliter eſſet in duabus ſpēbus diſparatis: quod non eſt intelligibile: patet ſequela de conſenſu in adulterium propter furtū. Si de actu voluntatis vt eſt in genere moris: quū eſſe in genere moris accidat volūtatis actibˀ ſeqtˀ q̄ non ſint eorum per ſe differentie ille que ſunt moralium per ſe differentie vt bonum ⁊ malum.

¶ Ad hoc dr̃ q̄ quū bonū ⁊ maluȝ vt a ſctō Tho. in p̄ma parte qōne. 48. artiᵒ p̄mo ad 2ᵐ didicimus in ſolis moralibˀ ꝯſtituāt ſpēs: ⁊ actˀ volūtatis ſimplr ſint in genere naturaliū opȝ dicere q̄ bonū ⁊ malū nō ſunt p ſe dr̃ie actus volūtatis: ita q̄ actˀ volūtatis nō differūt ſpē ſȝ ſe: ſm p ſe dr̃ias boni ⁊ mali: ſeu qḋ idē eſt ſm ſpēs moraliuȝ. Or aūt actˀ volūtatis ſint i genere nāliū ēt ſpecifice pȝ ex tribus ſupradictis. Primo ex diſtōne actuū volūtatis abſq; admixtiōe moraliū ſupius facta triū circa finē ⁊ triū circa ea q̄ ſunt ad finē. 2° ex eo q̄ vnᵒ numero actus voluntatis eſt in diuerſis ſpēbus moraliū diſparatis: eo q̄ ſunt eius accñtia ſicut idē pomū ſpēbᵒ albi ⁊ dulcis. 3° ex eo q̄ aliqs actus voluntatis hȝ obȝ indr̃ns ad bonū ⁊ maluȝ morale ex: p ſe aūt dr̃ias alicˀ nō iuenitˀ ipm. Or autē huius oppoᵐ nō itendat hic autor: nō ſolū ex predictis ſed ex p̄ſenti hētur littera volēte actū voluntatis ſic ſm boni ⁊ mali dr̃ias diſtingui ſicut actus rōnis hȝ dr̃ias veri ⁊ falſi. Cōſtat eni q̄ vnᵒ numero rōnis actˀ puta opio actualis q̄ ſortes ſedet: ē ſucceſſiue verus ⁊ falſus abſque ſui mutatione quod eſſet impoſſibile ſi differētia ſm verum ⁊ falſum eēt per ſe diuiſiua ac cōſtitutiua actˀ rationis: neq; .n. aliquod vnuȝ indiuiduuȝ coloris ē modo album mō nigruȝ: ſic igitˀ actˀ rōnis ſuā hȝ abſolute ſpēȝ differētiaq; cōſtitutiuam ſuſceptiuā veri ⁊ falſi: ita actˀ voluntatis ꝓpriū hȝ genus differentias ac ſpēs in genere nature preuenientia genus ⁊ ſpecies moralium: quo aūt hec littere verba accipienda ſunt videndū reſtat: difficultatē hñt nō ſolū ex pſeitate: ſed ex perſeitate tali. ſ. differentiar. Plus .n. exigitur ad hoc q̄ bonū ⁊ malū ſint per ſe differentie actus q̄ꝫ q̄ ſint per ſe ſpectantia ad actū: facile ſiquidē pȝ qˀ in diffinitione boni ⁊ mali mortalis ponitur voluntatis actus: qm̄ ſunt circa voluntariū: ac per hoc ad perſeitateȝ ſecūdi modi ſpectāt: ſȝ ad hoc q̄ ſint per ſe differentie: pſeitas p̄mi modi reqritˀ: que quū nō ſit duplr dici pōt: aut qˀ hic ſumitur per ſe vt diſtinguitur contra per aliud: ⁊ actˀ volūtatis in genere actuū: ⁊ ſit ſenſus q̄ bonū ⁊ maluȝ ſunt

ſm ordinem ad aliquid aliud: ⁊ ſimiliter nō ſuperaddit nouaȝ pfectionē niſi p ꝯparationē ad aliqd aliud: ⁊ pro tanto lȝ augeat bonitatem vel malitiam: nō tamen ſemper variat ſpeciem boni vel mali.

¶ De bonitate ⁊ malitia hūanorum actuum interioris volūtatis. ¶ Queſtio. XIX.

DEinde ꝯſiderandum eſt de bonitate actˀ interioris volūtatis. ¶ Et circa hoc queruntur decem. ¶ Primo vtrum bonitas volūtatis dependeat ex obto. ¶ Scdo vtrū ex ſolo obto dependeat. ¶ Tertio vtruȝ dependeat ex rōne. ¶ Quarto vtruȝ dependeat ex lege eterna. ¶ Quinto vtrū rō errās obliget. ¶ Sexto vtrū volūtas ꝯtra legeȝ dei ſequēs rōnē errātem ſit mala. ¶ Septimo vtrū bonitas voluntatis in his que ſunt ad finē dependeat ex intentione finis. ¶ Octauo vtrū q̄ntitas bonitatis vel malitie in voluntate ſequatur quātitatem boni vel mali in interiōe. ¶ Nono vtrū voluntatis bonitas depēdeat ex conformitate ad voluntatē diuinam. ¶ Decimo vtrū neceſſe ſit voluntatem humanā cōformari diuine voluntati in volito ad hoc q̄ ſit bona.

¶ Utrū bonitas volūtatis dependeat ex obto. Arti. I.

AD primū ſic ꝓcedit. Uidetˀ q̄ bonitas voluntatis nō depēdeat ex obiecto. voluntas .n. non poteſt eſſe niſi boni: q2 malum eſt preter voluntateȝ: vt Dio. dicit. iiij. ca. de di. no. Si igitur bonitas voluntatis iudicaretur ex obiecto: ſequeretˀ q̄ omnis volūtas eſſet bona: ⁊ nulla eſſet mala. ¶ Preterea. Bonum per prius inuenitur in fine. vnde bonitas finis inquātum huiuſmodi nō dependet ab aliquo alio: ſȝ ſm p̄hm in. vj. ethicorum. Bona actio eſt finis: licet factio nunquā ſit finis: ordinatur .n. ſemper ſicut ad fineȝ ad aliquid factum. ergo bonitas actus voluntatis nō depēdet ex aliquo obiecto. ¶ Preterea. Unūqdq; quale eſt tale alterum facit: ſed obiectū voluntatis eſt bonum bonitate nature: non ergo poteſt preſtari voluntati bonitatem moralem: moralis ergo bonitas voluntatis non dependet ex obiecto. ¶ Sed contra eſt quod p̄hus dicit in. v. ethicorū. Quod iuſtitia eſt ſm quā aliq volūt iuſta: ⁊ ea-

actus volũtatis dr̃e ꝑ ſe.i.nõ ꝑ aliud in gñe actuũ: ⁊ ſm hoc ponit̃ drĩa iter actus humanos volũtatis: ⁊ aliarũ potẽtiaꝝ in hoc ꝙ bonũ ⁊ malũ diſtinguunt actus aliaꝝ viriũ mediantib⁹ actibus volũtatis: qm̃ nõ niſi quatenus voluntarij ſunt. Actus aũt voluntatis diſtinguunt per ſe .i. nõ ꝑ aliquid aliud. Inſinuatur quoq; q⁹ lz bonũ ⁊ maluz ſint ꝑ ſe diffe- rentie conſtitutiue cõditionũ ſuperuenientiũ actibus voluntarijs: ⁊ nõ ipſorum actuũ ſm ſe: applicando tamen eas ad actus ipſos reſpiciunt actus voluntatis per ſe: alios ꝑ aliud: aut ꝙ h̃ ſumitur per ſe ꝓprie vt diſtiguitur contra per accidens: ⁊ act⁹ voluntatis nõ in genere nature: ſed vt eſt in genere moris: vt ſit ſenſus q⁹ bonum et maluz moraliter ſunt per ſe differentie actus volũtatis in genere moris. Et ſm hoc fundat̃ h̃ explicanda et hinc deducenda in ſequenti articulo differentia inter bonitatez ac malitiam act⁹ voluntatis: ⁊ aliorum actuũ humanorum: in hoc ꝙ bonum ⁊ malum moralia ad alios actus vt ſunt i genere moris ſe habent vt differentie per ſe: ⁊ vt ordinate inter ſe per accidens: ⁊ vt circunſtantie. Ad actuz vero voluntatis in genere moris ſe habẽt vt per ſe differentie: ⁊ non aliter: vt in ſequẽti articulo plenius patebit. Et hic procauldubio ſenſus eſt intẽtus ab autore ⁊ ſubtilis valde eſt: ſed difficultates ei⁹ in ſequẽti ſunt clare articulo.

¶ Circa corpus eiuſdem articuli dubium eſt an eodẽ modo ſumantur bonum ⁊ malum in reſponſione: quaz dicitur bonuz ⁊ malum ſunt per ſe differentie actus voluntatis: ⁊ in eius ſubiuncta ratione: quaz ſubditur: nam bonũ ⁊ malum per ſe ad voluntatem pertinent: ſicut veruz et falſum ad rationez. Quod eniz eodem modo ſumantur .ſ. de bono ⁊ malo morali: tractatus ipſe moralis ⁊ conuenificatio teſtantur: maluz eniz in cõmuni non conſtituit aliquã ſpeciem: vt predictuz eſt. Quod aũt diuerſimode ſumant̃ .ſ. in reſponſione pro moralibus: ⁊ in ratione pro tranſcendentibus ex proportionalitate adiuncta veri et falſi iſinuatur: verum enim ⁊ falſum ad noſtram rationẽ ſicut bonum ⁊ maluz in communi ad nr̃az voluntatem ſe habent.

¶ Ad hoc dicitur: lz in reſpõſione: bonuz et malum non niſi pro bono et malo morali ſumi poſſint: quoniã in ſolis moralibus bonum ⁊ malum ſunt per ſe differentie conſtitutiue: in ratione tamẽ vtroq; modo ſumi poſſunt et pro moralibus ⁊ ꝓ tranſcendentibus: pro moralibus quidem: quia ex hoc ꝙ hec per ſe ſpectant ad volũtatez ſequitur ꝙ eorum differentie per ſe diſtinguant act⁹ eius modo expoſito. Pro trãſcendẽtib⁹ vero: quia ex hoc ꝙ volũtas per ſe in primo modo ꝑſeitatis recipit bonuz tanq̃ proprium obiectum: ⁊ conſequenter malũ: ex hoc tanq̃ ex prima radice procedit vt ad bonum in moralibus voluntatis actus per ſe vt proprium ſuſceptiuum concurrat: et non per alios actus illorum differentijs diſtinguatur: ſed per ſe vt expoſuimus. Et hic ſenſus eſt profundior ⁊ magis dignus tanto autore: vt in tertio contra Genti. caplo nono videre poteris.

dem rõne virtus eſt ſm quam aliq volũt bona: ſz bona volũtas eſt que eſt ſm virtutem. ẽ bonitas voluntatis eſt ex hoc ꝙ aliqs vult bonũ. ¶ Rñdeo dõm ꝙ bonuz ⁊ malum ſunt per ſe differentie actus voluntatis. nã bonũ ⁊ malũ per ſe ad voluntatez pertinent: ſicut verum ⁊ falſum ad rõnez: cuius actus per ſe diſtinguit̃ differẽtia veri ⁊ falſi: prout dicimus opinionẽ eſſe verã vel falſam: vñ volũtas bona ⁊ mala ſunt actus differẽtes ſm ſpẽm. differentia aũt ſpẽi in actibus eſt ſz obiecta: vt dcm̃ eſt: ⁊ idõ bonũ ⁊ malũ in actibus voluntatis ꝓprie attendit̃ ſm obiecta. ¶ Ad primũ ergo dõm ꝙ volũtas nõ ſemper eſt veri boni: ſed quãdoq; eſt apparẽtis boni: qđ qdem hz rõnem aliquã boni. non tamen ſimplr̃ cõuenientis ad appetendum. ⁊ ꝑꝑ hoc actus volũtatis nõ eſt bonus ſemper: ſed aliquãdo malus. ¶ Ad ſcdm dõz ꝙ q̃uis aliqs actus poſſit eſſe vltimus finis hominis ſm aliquez modum: nõ tamen talis actus eſt actus voluntatis: vt ſupra dictũ eſt. ¶ Ad tertium dõm ꝙ bonũ per rõnẽ repreſentat̃ voluntati vt obm. ⁊ inquãtũ cadit ſub ordine rõnis ꝑtinet ad genus moris: ⁊ cauſat bonitatez moralẽ i actu volũtatis: rõ.n. principiũ eſt humanoꝝ ⁊ moraliũ actuũ: vt ſupra dcm̃ eſt.

¶ Utrũ bonitas volũtatis dependeat ex ſolo obo. Arti. II.

A D ſcdz ſic procedit̃. Uidet̃ ꝙ bonitas volũtatis nõ dependeat ſolũ ex obiecto. finis .n. affinior eſt voluntati q̃z alteri potentie: ſed actus aliaruz potentiarum recipiunt bonitatem nõ ſoluz ex obiecto: ſed ẽt ex fine: vt ex ſupra dictis pz. ergo etiã actus voluntatis recipit bonitatem nõ ſolũ ex obo: ſz ẽt ex fine. ¶ Preterea. Bonitas actus nõ ſolũ eſt ex obo: ſed etiam ex circunſtantijs: vt ſupra dictũ eſt: ſz ſm diuerſitatem circũſtãtiaꝝ ↄtingit eſſe diuerſitatez bonitatis ⁊ malitie in actu voluntatis: puta ꝙ aliqs velit quãdo dz: ⁊ vbi dz: ⁊ q̃tũ dz: ⁊ quõ dz: vel ꝓut dz: ergo bonitas volũtatis nõ ſolũ dependet ex obo: ſz etiaz ex circunſtantijs. ¶ Preterea. Ignorãtia circunſtãtiaꝝ excuſat malitiã volũtatis: vt ſupra habituz eſt: ſz hoc nõ eſſet niſi bonitas ⁊ malitia volũtatis a circunſtãtijs depẽderet. ergo bonitas ⁊ malitia voluntatis dependet ex circũſtãtijs ⁊ nõ

¶ Articulus. I.

R Eſponſionẽ ad tertium eiuſdez primi articuli ſic intellige: ꝙ licet obiectuz voluntatis ſit bonum bonitate nature: idem tamen bonuz vt conueniens ſm rõnis ordinem eſt bonũ moris obiectiue: ⁊ ſic dat bonitatem moralem formaliter actui.

¶ Articu. II. In articulo ſecundo eiuſdez queſtionis in reſponſione ad primuz: aduerte vltima verba. Et ſcito q tria inſinuāt. Primo q differt tunc bonitas obti a bonitate finis in actu voluntatis quando finis pēdet ex fine. Secūdo q tunc etiam differt quādo voluntas pendet ex voluntate. Tertio q vtrumq3 bonū eſt per accidens. Primuz ſignificat q quādo ſunt plures fines per ſe ſubordinati ⁊ voliti ſimul: vt cuz quis vult medicinam ſanitatem propter adeundaz militiam propter victoriam: formalis bonitas obiecti puta eē ſanuz differt a bōitate alteri⁹ finis puta militie. Secūdu3 vero q quādo voluntas vni⁹ finis puta adulterij dependet ex volūtate alterius per accidēs: finis prioris puta furti: vt quum quis vult adulterari vt furet: malitia quoq3 obiecti puta adulterij differt a mali⁹ finis puta furti. Tertium autem .ſ. q vtrumq3 bonum eſt per ac-

a ſolo obto. ¶ Sed 3. ex circūſtātijs inquātū hmōi actus nō hz ſpēm: vt ſupra dcm̄ ē: ſ3 bonū ⁊ maluz ſunt ſpecifice drīe actus volūtatis: vt dcm̄ eſt. ergo bonitas ⁊ malitia volūtatis nō depēdēt ex circūſtātijs: ſed ex ſolo obto. ¶ Rn̄deo dō3 q in quolibet genere quāto aliqd ē prius tanto eſt ſimplicius: ⁊ in paucioribus ꝯſiſtens: ſicut prima corpora ſunt ſimplicia. ⁊ iō inuenimus q ea q̄ ſunt prima in quolibet genere ſunt aliquo mō ſimplicia: ⁊ in vno cōſiſtunt: principiu3 aūt bonitatis ⁊ malitie hūanoꝝ actuū eſt ex actu volūtatis, ⁊ iō bonitas ⁊ malitia volūtatis ſ3 aliqd vnū attendit: alioꝝ ꝟo actuū bonitas ⁊ malitia pōt ſ3 diuerſa attendi. illud aūt vnū qd eſt principiū in quolibet genere: nō ē per accn̄s: ſed per ſe: q2 oē qd eſt per accn̄s reducit ad id qd eſt per ſe ſicut ad principiū. ⁊ ideo bonitas volūtatis ex ſolo vno illo depēdet qd per ſe facit bonitatē in actu. ſ. ex obo ⁊ nō ex circunſtātijs q̄ ſunt q̄dā accidētia actus. ¶ Ad primū ergo dōm q finis eſt obm volūtatis: nō aūt aliaꝝ viriū. vn̄ q̄tū ad actū volūtatis nō differt bonitas q̄ eſt ex obto a bonitate q̄ eſt ex fine: ſicut in actibus aliarū viriū: niſi forte p accn̄s: put finis depēdet ex fine: ⁊ volūtas ex volūtate. ¶ Ad ſcdm dōm q ſuppoſito q volūtas ſit boni: nulla circunſtātia pōt eā facere mala3. Q2 ergo dicit q aliqs vult aliqd bonum qn̄ nō dz: pōt itelligi dupl'r. Vno mō ita q iſta circūſtātia referatur ad volitū: ⁊ ſic volūtas nō eſt boni: q2 velle facere aliqd qn̄ nō dz fieri: nō eſt velle bonu3. Alio mō ita q referat ad actū volēdi: ⁊ ſic impoſſibile eſt q aliquis velit bonū qn̄ nō dz: q2 ſemp hō dz velle bonū: niſi forte per accn̄s inquātū aliqs volēdo hoc bonū impedit: ne tunc velit aliqd bonū debitū: ⁊ tūc nō incidit malū ex eo q aliqs vult illud bonū: ſ3 ex eo q nō vult aliud bonū: ⁊ ſimil'r dōm eſt de alijs circūſtātijs. ¶ Ad tertiū dōm: q circūſtātiarū ignorātia excuſat malitiā voluntatis ſm q circūſtātie ſe tenēt ex parte voliti: inquantū. ſ. ignorat circūſtātias actus quē vult.

¶ Utrum bonitas voluntatis dependeat ex ratione. ¶ Articulus. III.

Ad tertiū ſic pcedit. Videt q bonitas voluntatis non dependeat a ratione. prius. n. nō depēdet a poſteriori: ſed bonū per prius pertinet ad voluntatem q̄ʒ ad rationem. vt ex ſupradictis p3. ergo bonū voluntatis nō dependet a rōne. ¶ Preterea. Philoſophus dicit in. vj. ethico. Q2 bonitas intellectus practici eſt verum conforme appetitui recto: appetitus aūt rectus eſt voluntas bona: ergo bonitas ratiōis practice magis dependet a bonitate voluntatis q̄ʒ econuerſo. ¶ Preterea. Mouens nō depēdet ab eo qd mouet: ſ3 ecōuerſo: volūtas aūt mouet rationē ⁊ alias vires: vt ſupra dcm̄ eſt: ergo bonitas voluntatis non dependet a ratione. ¶ Sed contra eſt quod Hylarius dicit in. x. de tri. Immoderata eſt ois ſuſceptarū volūtatū pertinacia vbi nō rōni volūtas ſubijcit: ſed bonitas volūtatꝭ ꝯſiſtit in hoc q nō ſit imoderata: ergo bonitas volūtatis depēdet ex hoc q ſit ſubīa rōni. ¶ Rn̄deo dōm: q ſicut dcm̄ eſt: bonitas volūtatis ꝓprie ex obo depēdet. ob3 aūt volūtatꝭ pponit ei p rōnē: nā bonū itellectū ē obm volūtatis ꝓpoꝛtionatū ei. bonū aūt ſenſibile vel imaginarium nō eſt propoꝛtionatu3 voluntati: ſed appetitui ſenſitiuo: q2 volūtas poteſt tendere in bonum vniuerſale: qd ratio apprehendit. appetitus aūt ſenſitiuus nō tendit niſi in bonū pticulare qd apphēdit vis ſenſitiua. ⁊ iō bonitas volūtatis dependet a rōne eo mō quo depēdet ab obo. ¶ Ad primum ergo dōm q bonū ſub rōne boni. i. appetibilis per prius pertinet ad voluntatē q̄ʒ ad rōnē: ſed tn̄ per prius pertinet ad rationē ſub ratione veri q̄ʒ ad voluntatē ſub ratione appetibilis: q2 appetitus voluntatis non poteſt eſſe de bono niſi prius a ratione apprehendatur. ¶ Ad ſecūdum dōm q phs ibi loquit de intellectu practico ſm q eſt cōſiliatiuus ⁊ rōcinatiuus coꝝ que ſunt ad fine3: ſic. n. perficit per prudētiā.

cidens

cidens ſignificat q accidit actui voluntatis differentia hec bonitatis vtroqz modo: quia accidit finis ſubordinari alteri fini: et accidit voluntati dependere ex alia voluntate: ſicut accidit mouenti q moueatur: niſi eniz accideret omni fini et omni volitioni cõueniret. De differentia autẽ vtriuſqz bonitatis in actibus aliarũ virtuum hic tacta in ſequẽti queſtione ex propoſito erit ſermo diffuſus.

¶ Circa predicta verba dubium occurrit: quia differẽtia finis ⁊ eius qđ eſt ad finez nõ per accidens ſpectat ad voluntatem: nec voluntas per accidens intẽdit et eligit. ergo non ſolum per accidẽs ſz p ſe differt quo ad voluntatez bõitas ex fine. et ex obiecto. Illa enim ad intentionẽ hec ad electionem ſpectat.

¶ Ad hoc dicit̃ q licet nihil illorum aſſumptorũ concurrat per accidẽs ad voluntatez: negãda tamẽ eſt ſequela: qr bonitas finis ⁊ eius quod eſt ad finez vt ſic: eſt vna met: ſz finis ⁊ id quod eſt ad finez diſtinguantur.

In his aũt que ſunt ad finẽ rectitudo rõnis cõſiſtit in cõformitate ad appetitũ finis debiti ſed tñ ⁊ ipſe appetitus finis debiti p̄ſupponit rectã app̄henſionẽ de fine q̄ ẽ p rõnẽ. ¶ Ad tertiũ dõm q volũtas quodã mõ mouet rõnẽ: ⁊ rõ alio mõ mouet volũtatem ex parte. ſ. obiecti vt ſupra dcm̃ eſt.

¶ Utrũ bonitas volũtatis dependeat ex lege eterna. Arti. IIII.

Ad quartũ ſic p̄cedit̃. Videt̃ q bonitas voluntatis hũane nõ dependeat a lege eterna vnius. n. vna eſt regula ⁊ menſura: ſed regula humane volũtatis ex qua eius bonitas depẽdet eſt ratio recta: ergo nõ dependet bonitas volũtatis a lege eterna. ¶ Preterea. Menſura eſt homogenea mẽſurato: vt dĩ. x. metaphy. Sed lex eterna nõ eſt homogenea volũtati humane: ḡ lex eterna nõ põt eſſe mẽſura volũtatis hũane vt ab eo bonitas eius depẽdeat. ¶ Preterea. Menſura dz eſſe certiſſima: ſz lex eterna eſt nobis ignota. ḡ nõ põt eſſe noſtre voluntatis menſura: vt ab ea bonitas volũtatis nr̃e dependeat. ¶ Sed cõtra eſt qđ Aug. dicit. xxij. lib. ↄ Fauſtũ. Qr peccm̃ eſt factũ vel ↄcupitũ aliqđ ↄtra eternã legẽ: ſz malitia volũtatis eſt radix peccati. ḡ cũ malitia bonitati opponat̃ bonitas volũtatis dependet a lege eterna. ¶ R̃ñdeo dõz: q in omnibus cauſis ordinatis effectus plus dependet a cauſa prima q̄ȝ a cã ſecunda: qr cã ſecunda nõ agit niſi in virtute prime cauſe. Qr aũt rõ hũana ſit regula voluntatis hũane ex qua eius bonitas mẽſuretur: hz ex lege eterna que eſt rõ diuina. vñ in pſ dĩ. Multi dĩcũt qs oſ̃dit nobis bona: ſignatũ eſt ſup nos lumẽ vult⁹ tui dñe: q̄ſi diceret: lumen rõnis qđ in nobis eſt: intm̃ põt nobis oſtẽdere bona: ⁊ nr̃am volũtatem regulare: inquãtuz eſt lumen vultus tui. i. a vultu tuo deriuatũ. vñ manifeſtũ eſt q mult to magis depẽdet bonitas voluntatis hũane a lege eterna q̄ȝ a ratione hũana. ⁊ vbi deficit hũana ratio: oz ad rõnem eternã recurrere. ¶ Ad primum ergo dõz: q vnius rei nõ ſunt plures menſure proxime: pñt tñ eſſe plures mẽſure: quarũ vna ſub alia ordinet̃. ¶ Ad ſecũdũ dõm q menſura p̄pma eſt homogenea mẽſurato: nõ ãt menſura remota. ¶ Ad tertiũ dõm q lz lex eterna ſit nob ignota ſm q ẽ in mẽte diuina: innoteſcit tñ nobis aliq̃liter: vel p rõnẽ nãlẽ que ab ea deriuat̃ vt p̄pria ei⁹ imago: vel p aliq̃lẽ reuelationẽ ſupadditã.

¶ Utrũ ratio obligans erret. ¶ Articulus. V.

Ad qntuz ſic p̄cedit̃. Videtur q volũtas diſcordans a rõne errante non ſit mala. ratio. n. eſt regula voluntatis humane inquãtum deriuatur a lege eterna: vt dictum eſt: ſed ratio errans nõ deriuat̃ a lege eterna: ergo ratio errans nõ eſt regula voluntatis humane. non eſt ergo voluntas mala ſi diſcordat a ratione errante. ¶ Preterea. Secundum Augu. inferioris poteſtatis preceptũ nõ obligat ſi contrarietur precepto poteſtatis ſuperiõis. ſicut ſi proconſul iubeat aliquid qđ imperator prohibet: ſed ratio errans quandoqz proponit aliquid quod eſt cõtra preceptuz ſuperioris. ſ. dei cuius eſt ſumma poteſtas: ḡ dictũ rõnis errãtis nõ obligat: nõ eſt ḡ volũtas mala ſi diſcordet a rõne er

Unde id quod eſt ad finez dupliciter comparari poteſt ad voluntatem. Uno modo vt ſic: ⁊ non habz aliam bonitatem: ſed finis eſt ei⁹ ratio formal'. Alio modo ſecundũ aliquam aliaz p̄priam bonitatem: ⁊ ſic non eſt vt ad finẽ: ſed vt ſeorſum volitum. Et tunc differt bonitas obiecti a fine: ſed per accidens: vt in littera dĩ.

¶ Ar. V. ⁊. VI.

Circa materias quinti ⁊ ſexti articli obmiſſo tertio et quarto: aduerte confeſſor q diſpoſitio erronee ratiõis fit non ſolum per oppoſitam rationem aut veritatl cognitionem: ſed etiaz per excluſionẽ ad applicationem ad opus. verbi grã. mulier audiens a predicatore q vti alienis capillis eſt peccatum mortale: quia eſt ſimulatio: ↄcipienſqz ex ratiõe audita ⁊ auctoritate predicatoris talem vſuz eſſe peccatum mortale: et ex alia pte vellet vti huiuſmodi capillis: ⁊ inde ratiõc: hinc appetitu mouẽte neſcit ſoluere motiua

rationis erro-
nee ɔtrarie ap
petitui ſuo: ta-
men putãs abſ
qʒ ſolutione ra
tionis id ſibi li
cere: vtitur ta-
libus capillis.
In hoc ⁊ ſimi
libus non eſt ꝓ
prie loquendo
volũtas diſcor
danſ a ratione
errante: quia
non ſit contra
conſcientiam:
⁊ ratio eſt quia
licʒ maneat ra
tio errans in ſe
non manet ta-
men applicata
ad h velle nec
actualiter nec
virtualiter: ſed
deponitur ap-
plicatio illa. ac
per hoc errõea
cõſcientia que
in applicatiõe
conſiſtit: licite
autem hoc abſ
qʒ vlla alia ra-
tione ſit etiam
ſi ex impetu vl
libito fiat: qꝛ
ratio erronea
non habet in
ſe vnde liget:
ſed quatenus
acceptatur. vn
de ex quacun-
qʒ cauſa nõ ac-
ceptetur vel in
ſe vel in appli-
catione non li-
gat.

rante. ¶ Preterea. Ois volũ
tas mala reducit̃ ad aliq̃ʒ ſpẽʒ
malitie: ſʒ volũtas diſcordãs a
rõne errante nõ põt reduci ad
aliquã ſpẽm malitie. puta ſi rõ
errãs errat in hoc ꝙ dicat eſſe
fornicandũ: voluntas eius qui
fornicari nõ vult ad nullã ma-
litiam reduci poteſt. ergo vo-
luntas diſcordans a rõne errã
te nõ eſt mala. ¶ Sed ɔtra: ſi
cut in primo dcm̃ eſt. Cõſcien
tia nihil aliud eſt q̃ʒ applicatio
ſcientie ad aliquẽ actũ: ſcia aũt
in rõne ẽ volũtas. ergo diſcor-
dans a rõne errãte eſt ɔtra cõ-
ſcientiam: ſed omnis talis vo-
lũtas ẽ mala: dicit̃. n. Ro. xiiij.
Omne qꝺ nõ eſt ex fide pctm̃
eſt. i. omne qꝺ eſt ɔtra conſciẽ
tiam. ergo volũtas diſcordãs
a rõne errãte eſt mala. ¶ Reſpõ-
deo dõm ꝙ cũ ɔſciẽtia ſit quo
dãmõ dictamen ratiõis: eſt. n.
quedam applicatio ſcientie ad
actũ: vt in primo dcm̃ eſt: ideʒ
eſt querere vtrũ voluntas diſ-
cordans a rõne errante ſit ma-
la: qꝺ q̃rere vtrũ cõſcientia er-
rans obliget. ¶ Circa qꝺ aliq
diſtinxerunt tria genera actuũ
quidam. n. ſunt boni ex gene-
re: qdaʒ ſunt idifferentes: qui
dam ſunt mali ex genere. Di-
cunt ergo ꝙ ſi ratio vel cõſcia
dicat aliqd eſſe faciendũ qꝺ ſit
bonum ex ſuo genere: non eſt
ibi error. Silr ſi dicat aliquid
non eſſe faciendũ qꝺ eſt malũ
ex ſuo genere: eadem. n. rõne
precipiuntur bona qua ꝓhibẽ
tur mala: ſed ſi ratio vel ɔſcia
dicat alicui ꝙ illa que ſunt ſm
ſe mala homo teneat̃ facere ex
precepto: vel ꝙ illa que ſunt
ſm ſe bona ſunt prohibita: erit
ratio vel cõſciẽtia errãs: ⁊ ſilr
ſi ratio vel ɔſcia dicat alicui ꝙ
id qꝺ eſt ſm ſe indifferens: vt
leuare feſtucã de terra ſit pro-
hibitũ vel preceptum: erit ra

tiõ vel conſcientia errãs. Dicunt ergo ꝙ ratio
vel conſcientia errans circa indifferentia ſiue
precipiendo ſiue ꝓhibendo obligat: ita ꝙ vo-
luntas diſcordãs a tali ratione errante erit ma
la ⁊ pctm̃: ſed ratio vel ɔſcia errãs p̃cipiendo
ea que ſunt per ſe mala: vel ꝓhibendo ea que
ſunt per ſe bona ⁊ neceſſaria ad ſalutem: non
obligat. vnde in talibus voluntas diſcordans
a ratione vel ɔſcia errãte nõ eſt mala. Sʒ hoc
irrationabiliter dicit̃: in indifferentibus. n. vo
lũtas diſcordãs a ratione vel cõſcientia errãte
eſt mala aliquo modo ꝓpter obiectum: a quo
bonitas vel malitia voluntatis dependet. non
autem propter obiectum ſm ſui naturam: ſed
ſm ꝙ per accidens a ratione apprehendit̃ vt
malum ad faciendũ vel ad vitãdũʒ: ⁊ qꝛ obie
ctũ volũtatis eſt id: qꝺ proponitur a ratione:
vt dictũ eſt: ex quo aliquid proponitur a rõne
vt malum: voluntas dum in illud fertur acci-
pit rationem mali: hoc autem contingit nõ ſo-
lum in indifferentibus: ſed etiã in per ſe bonis
vel malis: nõ ſolũ. n. id qꝺ eſt indifferens põt
accipere rõneʒ boni vel mali per accñs: ſʒ etiã
id qꝺ eſt bonũʒ põt accipere rationẽ mali: vel
illud qꝺ eſt malum rationem boni propter ap
prehenſionem rationis: puta abſtinere a forni
catione bonum quoddã eſt: tamen in hoc bo-
num non fert̃ volũtas: niſi ſm ꝙ a ratione ꝓ-
ponitur: vt ſi q̃ ꝓponat̃ malũ a rõne errãte: fer
tur in hoc ſub rõne mali: vnde volũtas erit ma
la: qꝛ vult malum: non quideʒ id qꝺ eſt malũ
per ſe: ſʒ id quod eſt malũ per accidens ꝓpter
apprehenſionẽ rõnis: ⁊ ſilr credere in xp̃m eſt
per ſe bonum ⁊ neceſſarium ad ſalutẽ: ſʒ vo-
luntas non fertur in hoc niſi ſm ꝙ a rõne ꝓ-
ponitur. vnde ſi a rõne proponat̃ vt malũ vo-
lũtas feret̃ in hoc vt malũ: nõ qꝛ illud ſit malũ
ſm ſe: ſʒ qꝛ eſt malũ per accñs ex apprehẽſiõe
rationis. ⁊ ideo phus dicit in. vij. ethi. Qꝛ ꝑ ſe
loquẽdo incõtinens eſt qui nõ ſequit̃ rõnem
rectã: per accñs aũt qui nõ ſequit̃ etiã rationẽ
falſam. Unde dõm ꝙ ſimplr ois volũtas diſ
cordãs a rõne: ſiue recta ſiue errante ſemꝑ eſt
mala. ¶ Ad primũ ergo dõm ꝙ iudicium ra-
tionis errãtis lʒ non deriuetur a deo: tñ rõ er-
rans iudiciũ ſuum ꝓponit vt verũ: ⁊ per ɔñs
vt a deo deriuatũ a quo eſt ois veritas. ¶ Ad
ſcđm dõm ꝙ vbũ Aug. hʒ locũ qñ cognoſci
tur ꝙ inferior poteſtas p̃cipit aliqd ɔtra prece
ptum ſuperioris ptãtis. Sed ſi aliquis crede-
ret ꝙ p̃ceptũ proconſulis eẽt p̃ceptũ impera-
toris

to:is ꝯtēnēdo preceptum proconſulis ꝯtēneret preceptum imperato:is. Et ſimiliter ſi aliquis homo cognoſceret ꝙ ratio humana dictaret aliquid contra p̄ceptum dei: nō teneret rōnem ſequi: ſ; tunc ratio nō totaliter eſſet errans: ſ; quando ratio errās ꝓponit aliquid vt preceptum dei: tunc ide; eſt contēnere dictamen rationis ⁊ dei preceptum. ¶ Ad tertiu; dicendum: ꝙ ratio quando apprehendit aliquid vt malum ſemper apprehendit illud ſub aliqua ratione mali: puta q: contrariatur diuino precepto: vel q: eſt ſcandalu;: vel propter aliquod hmōi: ⁊ tunc ad talem ſpeciem malitie reducit̃ talis mala voluntas.

¶ Utrū volūtas ꝯtra legē dei ſequēs rōnē errātem ſit mala. ¶ Articulus. VI.

Ad ſextu; ſic proceditur. Uidetur ꝙ voluntas concordans rōni erranti ſit bona. Sicut eni voluntas diſcordās a rōne tēdit in id quod rō iudicat malum. ita volūtas cōcordās rōni tendit in id qđ rō iudicat bonum: ſed volūtas diſcordās a rōne etiam errāte eſt mala: ergo voluntas ꝯcordans rōni etia; erranti eſt bona. ¶ Preterea. Voluntas cōcordās precepto dei ⁊ legi eterne ſemper eſt bona: ſed lex eterna ⁊ preceptū dei proponit̃ nobis per apprehenſionē rōnis etiam errantis. ergo voluntas cōcordās etia; rōni erranti eſt bona. ¶ Preterea. Volūtas diſcordans a rōne errante eſt mala. ſi ergo voluntas ꝯcordans rōni errāti ſit etiam mala: videtur ꝙ omnis voluntas habētis rōnem errātem ſit mala. ⁊ ſic talis homo erit perplexus: ⁊ ex neceſſitate peccabit: quod eſt incōueniēs ergo voluntas cōcordās rōni errāti eſt bona. ¶ Sed cōtra. Voluntas occidētium apoſtolos erat mala: ſed tamen cōcordabat rōni errāti ipſorum ſm illud Joan. xvj. Uenit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obſequiū ſe preſtare deo. ergo voluntas concordans rationi erranti poteſt eſſe mala. ¶ Reſpondeo dicendum ꝙ ſicut premiſſa queſtio eade; eſt cum queſtione qua queritur vtrum conſcientia erronea liget: ita iſta queſtio eadem eſt cu; illa qua queritur vtru; conſcientia erronea excuſet. Hec autem queſtio dependet ab eo qđ ſupra de ignorantia dcm̄ eſt: dcm̄ eſt .n. ſupra ꝙ ignorātia qñq; cāt inuoluntariu; qñq; aūt nō. Et q: bonum ⁊ malum morale cōſiſtit in actu inquātum eſt volūtarius: vt ex premiſſis p;. manifeſtum eſt ꝙ illa ignorātia que cāt inuoluntariū tollit rōnem boni ⁊ mali moralis. nō autem illa que inuolūtariū nō cāt. Dictū ē etiā ſupra ꝙ ignorātia que eſt aliquo mō volita ſiue directe: ſiue indirecte nō cāt inuoluntarium. ⁊ ſic dico ignorātiā directe voluntariā in quā actus voluntatis fert̃. Indirecte aute; propter negligentiā ex eo ꝙ aliquis nō vult illud ſcire qđ ſcire tenet̃. vt ſupra dcm̄ ē. Si igr̃ rō vel ꝯſcientia erret errore voluntario vel directe: vel ꝓp negligentiā. q: ē error circa id qđ quis ſcire tenet̃: tunc talis error rōnis vel conſcientie nō excuſat: quin volūtas cōcordās rōni vel ꝯſcientie ſic erranti ſit mala. Si autem ſit error qui cāt inuoluntariu; proueniens ex ignorātia alicuius circunſtātie abſq; omni negligentia: tunc talis error rōnis vel cōſcientie excuſat vt voluntas ꝯcordans rōni erranti nō ſit mala: puta ſi rō errans dicat ꝙ hō teneatur ad vxorem alterius accedere: voluntas cōcordans huic rōni errāti ē mala: eo ꝙ error iſte ꝓuenit ex ignorantia legis dei quam ſcire tenet̃. Si autem rō erret in hoc ꝙ credat aliq̄; mulierem ſubmiſſam eſſe ſuā vxorem: ⁊ ea petente debitum velit eā cognoſcere excuſat̃ volūtas eius vt nō ſit mala q: error iſte ex ignorātia circunſtātie ꝓuenit que excuſat ⁊ inuoluntariu; cāt. ¶ Ad primū ergo dcm̄: ꝙ ſicut Diony. dicit in. iiij. ca. de di. no. Bonum cātur ex integra cā: malum autem ex ſingularibus defectibus. ⁊ ideo ad hoc ꝙ dicatur malu; id in quo fertur voluntas ſufficit: ſiue ꝙ ſm ſuā naturā ſit malum: ſiue ꝙ apprehendatur vt malum: ſed ad hoc ꝙ ſit bonum: requiritur ꝙ vtroq; modo ſit bonu;. ¶ Ad ſecundum dicēdū ꝙ lex eterna errare nō poteſt: ſed rō humana poteſt errare: ⁊ ideo voluntas concordans rōni humane non ſemper eſt recta. nec ſemper eſt concordans legi eterne. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ſicut in ſyllogiſticis vno inconuenienti dato neceſſe eſt alia ſequi: ita in moralibus vno inconuenienti poſito ex neceſſitate alia ſequuntur: ſicut ſuppoſito ꝙ aliquis querat inanem gloriam: ſiue propter inanem gloriam faciat quod facere tenetur. ſiue dimittat: ſiue faciat peccabit: nec tamen eſt perplexus: q: poteſt intentionem malam dimittere. ⁊ ſilr̃ ſuppoſito errore rōnis vel conſcientie qui procedit ex ignorantia non excuſante neċe eſt ꝙ ſequatur malum in voluntate. nec tamen eſt homo perplexus. quia poteſt ab errore recedere cum ignorantia ſit vincibilis ⁊ voluntaria.

¶ Arti. VII. Jrca titulũ artiᵘ 7ⁱ: aduerte: ꝙ lꝫ hactenus de volũtate.i. de actu iteriori volũtatis ĩ hac q̃one tractatuꝫ ſit: in hoc artiº q̃ eſt de volũtate .i. de actu interiori volũtatis vt diſtinguit̃ cõtra itẽtioné. Ea ãt nec̃itas q̃onis huiº fuit: quia volũtas ab intentiõe ſepe diſtingui ſolet:et plurimum intentio iudicari ĩn cõtinua morum frequẽtia voluntaſq; ex ĩntentione accuſari vel excuſari.

¶ Art. VIII. Jn titulo articuli 8ⁱ voluntas ſumit̃ vt in p̄cedẽti articulo. Jn corpore eiuſdeꝫ articuli: aduerte p̄ ꝙ autor plus determiat q̃ꝫ que ſierit: queſiuit .n. de quantitate volũtatis et intentionis: determiat aũt de q̃ꝫtitate predictoꝝ ⁊ actus ẽt exterioris: ⁊ hoc ad perfectioné doctrine: ⁊ propter idẽtitateꝫ ratiõis quo ad hoc in volũtate et actu exteriori ſublatũ ĩpedimẽtis. Aduerte 2º ꝙ ĩ littera diſtinguitur tam volun

¶ Utꝝ volũtatꝭ bonitas in his q̃ ſunt ad finé dependeat ex intẽtione finis. Articulus. VII.

Ad ſeptimũ ſic p̄cedit̃. Uidetur ꝙ bonitas volũtatꝭ nõ dependeat ex intentione finis. Dictũ eſt.n. ſupra ꝙ bonitas volũtatis depẽdet ex ſolo obto: ſꝫ in his que ſunt ad finé aliud eſt obiectuꝫ volũtatis: ⁊ aliud finis intentus. ergo in talibꝰ bonitas voluntatis nõ depẽdet ab itẽtiõe finis. ¶ Preterea. Uelle ſeruare mandatũ dei pertinet ad voluntateꝫ bonaꝫ: ſed hoc põt referri ad malum finem.ſ. ad finem inanis glorie vel cupiditatis dum aliquis vult obedire deo p̄pter temporalia cõſequenda. ergo bonitas voluntatis nõ dependet ab intentiõe finis. ¶ Preterea. Bonum ⁊ maluꝫ ſicut diuerſificant voluntaté ita diuerſificant finem. ſed malitia voluntatis nõ dependet a malitia finis intẽti. qui.n. vult furari vt det elemoſynam volũtatem malaꝫ hꝫ: lꝫ intendat finem bonuꝫ. ergo etiã bonitas voluntatis non dependet a bonitate finis intenti. ¶ Sed cõtra eſt q̃ꝺ Aug. dicit. ix. confeſſionuꝫ: ꝙ intentio remunerat̃ a deo. ſed ex eo aliquid remunerat̃ a deo. q: eſt bonũ. ergo bonitas voluntatis ex intentione finis dependet. ¶ Reſpondeo dõm: ꝙ intentio dupl'r ſe põt habere ad voluntaté. vno mõ vt precedens. alio modo vt cõcomitans. Precedit quidem cãliter intentio voluntatem: quãdo aliquid volumus p̄p intentioneꝫ alicuius finis: ⁊ tunc ordo ad fineꝫ ↄſiderat̃ vt rõ quedaꝫ bonitatis ipſius voliti: puta cum aliquis vult ieiunare p̄p deum. habet.n. ieiuniuꝫ rõnem boni ex hoc ipo ꝙ ſit p̄p deum. vnde cum bonitas voluntatis dependeat a bonitate voliti. vt ſupra dcm̃ eſt. neceſſe eſt ꝙ depẽdeat ex intẽtione finis: cõſequit̃ aũt intẽtio volũtateꝫ q̄ñ accedit volũtati p̄exiſtẽti. puta ſi aliqs vellet aliquid facere. ⁊ poſtea referat illud in deum: ⁊ tũc prime voluntatꝭ bonitas nõ depẽdet ex intẽtiõe ſequẽti: niſi quatenꝰ reiterat̃ actus volũtatis cũ ſequẽti intẽtiõe. ¶ Ad primuꝫ g̃ dõm ꝙ q̄ñ intentio eſt cauſa volẽdi: ordo ad finem accipit̃ vt quedam rõ bonitatis in obto: vt dictuꝫ eſt. ¶ Ad ſcd̃m dõꝫ ꝙ volũtas nõ põt dici bona ſi ſit intentio mala cauſa volẽdi. qui.n. vult dare elemoſynã p̄p inanem gloriam ↄſequendã: vult id quod de ſe eſt bonuꝫ ſub rõne mali. ⁊ ideo p̄ut eſt volitum ab ipſo eſt malũ. vnde voluntas eius eſt mala: ſꝫ ſi intentio ſit ↄ̃ñs. tunc voluntas potuit eſſe bona. ⁊ per intentionem ſequenté nõ deprauat̃ ille actus voluntatis qui p̄ceſſit: ſꝫ actus voluntatis qui iterat̃. ¶ Ad tertium dõm ꝙ ſicut iam dcm̃ eſt: malũ ↄtingit ex ſingularibus defectibus. bonũ aũt ex tota ⁊ integra cã. vñ ſiue volũtas ſit eius q̃ꝺ eſt ſm̃ ſe maluꝫ ẽt ſub rõne boni: ſiue ſit boni ſub rõne mali. ſemp̱ voluntas erit mala: ſꝫ ad hoc ꝙ ſit volũtas bona: reqrit̃ ꝙ ſit boni ſub rõne boni.i. ꝙ velit bonũ ⁊ p̄pter bonum.

¶ Utꝝ q̃ꝫtitas bonitatis vel malitie ĩ volũtate ſequat̃ q̃ꝫtitatem boni vel mali in intentione. ¶ Articulus. VIII.

Ad octauũ ſic p̄cedit̃. Uidet̃ ꝙ q̃ꝫtitas bonitatꝭ in voluntate depẽdeat ex q̃ꝫtitate bonitatis in intẽtiõe. q: ſup illud Math. xij. Bonus hõ de theſauro bono cordis ſui p̄fert bona. dicit glo. Tãtũ boni q̃s facit: q̃ꝫtũ intẽdit: ſꝫ intẽtio nõ ſolũ dat bonitateꝫ actui exteriori: ſꝫ ẽt voluntati. vt dcm̃ eſt. g̃ tm̃ aliqs hꝫ bonaꝫ volũtatem q̃ꝫtum intendit. ¶ Preterea. Augmẽtata cã augmentat̃ effectus: ſꝫ intentiõis bonitas eſt cã bone volũtatis. ergo q̃ꝫtum quis intẽdit de bono tm̃ volũtas eſt bona. ¶ Preterea. Jn malis q̃ꝫtuꝫ aliquis intendit: tm̃ peccat. ſi.n. aliqs p̄iiciens lapidé intenderet facere homicidiũ: reus homicidij eſſet. ergo pari rõne in bonis tm̃ eſt bona volũtas: q̃ꝫtũ aliquis bonum intendit. ¶ Sꝫ ↄtra. põt eſſet intentio bona ⁊ volũtas mala. g̃ pari rõne põt eſſe intẽtio magis bona: ⁊ volũtas minus bona. ¶ Rñdeo dõm ꝙ circa actũ ⁊ intẽtioné finis duplex q̃ꝫtitas põt ↄſiderari. Una ex p̄te obi. q: vult maius bonũ vel agit.

tas ꝗ̄ actus exterior reſpcū.ſ. ſm̄ ſe ⁊ vt ſtat ſub intentione: ⁊ dicit̄ ꝙ nec quātitas ex obiecto nec quātitas ex modo intentionis deſcendit neceſſario in actum volitionis: aut actus exterioris ſm̄ ſe ſeu materialiter.i. vt tendūt in ſua obiecta propria: ſed quantitas vtraq3.ſ. ex obiecto et modo intentionis redūdat in vtrūq3 actū.ſ. volūtatis ⁊ exterioris vt ſtāt ſub intentione ſeu formaliter.i. vt tēdunt in finem quez reſpicit intētio.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdez articuli dubiū occurrit quomō verificet̄ ꝙ quantum mala eſt intentio tantū mala eſt volūtas: an.ſ. verificatur de volūtate materialiter ⁊ ſm̄ ſe aut formaliter ⁊ vt ſtat ſub intentione. Si ſecūdo modo nulla eſt differentia inter quantitatez bonitatis ⁊ malitie in hoc: quoniam vt i corpore articuli p3 quantitas intentōis bone redūdat in voluntatem ⁊ actuz formaliter. Si pmo modo ſic conuincitur falſuz manifeſte: quoniā neutra malitia neceſſario deſcēdit ex intentione in voluntatez materialiter.

¶ Ad hoc dicit̄ ꝙ ea que dicta ſunt in corpore articuli verificantur de quātitate bonitatis ⁊ malitie. Et ō bonitate qdez in littera p3: de malitia autez eiſdez rationibus probatur:

Alia ex intentiōe act⁹.q2 intēſe vult vel agit qđ ē mai⁹ ex ꝑte agētis. Si igit̄ loq̄mur de ꝗ̄titate vtriuſq3 ꝗ̄tū ad obm manifeſtuz eſt ꝙ ꝗ̄titas actus nō ſequit̄ ꝗ̄titatē intentionis. qđ quidem ex parte actus exterioris contingere pōt dupliciter. Uno mō.q2 obm qđ ordinat̄ ad finē intentum nō eſt ꝓportionatum fini illi: ſicut ſi quis daret decē libras: nō poſſet cōſequi ſuā intentionem ſi intenderet emere rem valentez centum libras. Alio mō ꝓpter impedimenta q̄ ſuperuenire pn̄t circa exteriorem actuz que nō eſt in poteſtate nr̄a remouere puta aliquis intendit ire vſq3 Romā. ⁊ occurrūt ei impedimenta ꝙ nō pōt hoc facere: ſ3 ex parte interioris actus volūtatis nō eſt niſi vno mō: q2 interiores actus voluntatis ſūt in ptāte noſtra: nō aūt exteriores actus: ſed volūtas pōt velle aliqđ obm nō ꝓportionatū fini intento: ⁊ ſic volūtas que fert̄ in id obm abſolute ꝯſideratū nō eſt tm̄ bona ꝗ̄tum eſt intentio. ſed q2 etiā ipſa intentio quodāmō pertinet ad actū voluntatis inquātum.ſ. eſt rō eius: ꝓpter hoc redūdat ꝗ̄titas bone intentionis in volūtatem inquantum.ſ. voluntas vult aliqđ bonum magnū: vt finem: l3 illud per qđ vult ꝯſequi tm̄ bonum nō ſit dignum illo bono. Si vero cōſideret̄ quantitas intentionis: ⁊ actus ſm̄ intenſionē vtriuſq3: ſic intenſio intentionis redundat in actū interiorem ⁊ exteriorem volūtatis. q2 ipſa intentio quodāmō ſe h3 formaliter ad vtrūq3: vt ex ſupra dictis p3. l3 materialiter intentione recta exn̄te intenſa poſſit eſſe actus interior vel exterior nō ita intēſus materialiter loquēdo. puta cū aliquis nō ita intenſe vult medicinam ſumere: ſicut vult ſanitatem: tm̄ hoc ipm qđ eſt intenſe intendere ſanitatē redundat formaliter in hoc qđ eſt intenſe velle medicari. ¶ S3 tm̄ hoc eſt ꝯſiderandum ꝙ intenſio actus interioris vel exterioris pōt referri ad intentionez: vt obm: puta cum aliquis intēdit intenſe velle: vel aliquid intenſe operari. ⁊ tn̄ nō propter hoc intēſe vult: vel operatur. q2 ꝗ̄titatē intenti boni nō ſeq̄tur bonitas act⁹ interioris vel exterioris: vt dcm̄ eſt. Et inde eſt ꝙ nō ꝗ̄tum aliquis intēdit mereri meret̄ q2 ꝗ̄titas meriti cōſiſtit in intenſione actus vt infra dicetur. ¶ Ad primuz ḡ dōm ꝙ gloſa illa loquit̄ ꝗ̄tuz ad reputationem dei qui precipue ꝯſiderat intentionē finis. Unde alia glo. dicit ibidem ꝙ theſaurus cordis itētio eſt: ex qua deus iudicat opera. bonitas.n. intentionis: vt dictū eſt. redundat quodāmodo in bonitatē volūtatis que facit etiā3 exteriorem actum apud deuz meritorium. ¶ Ad ſecunduz dicendum ꝙ ſola bonitas intētionis non eſt tota cauſa bone voluntatis: vnde ratio non ſequitur. ¶ Ad tertiuz dicendū ꝙ ſola malitia intentionis ſufficit ad malitiam voluntatis: ⁊ ideo etiam quantum mala eſt intentio tantum etiam mala eſt volūtas: ſ3 nō eſt eadē rō de bonitate: vt dictum eſt.

ꝙ enī3 quantitas mala intentionis ex obiecto non neceſſario deſcēdat in voluntatem ſm̄ ſe patet ex hoc ꝙ intendens aliquod magnum malum pōt velle vti aliquo medio non ſufficienter conſono tanto malo: ſicut ſi quis vellet emere epatum ⁊ offerret ſolas pecces: ꝙ etia3 quantitas male intētionis ex modo non deſcendat in quātitatem actus ſm̄ ſe: patet ex hoc ꝙ contingit intenſe intendentez adulteriū: minus libēter frāgere muruz per quez ingrediatur ad intētuz habendū. Quū igitur nō oporteat eē verū ꝙ quantū mala eſt intentio tantu3 mala ſit voluntas materialiter: relinquitur vt verificet̄ h dictu3 de voluntate fōmalr.i. vt ſtat ſub intētione. Et ad obiectionem contra hoc dicitur ꝙ ſtāte hoc tollatur differentia inter quantitatez bonitatis ⁊ malitie: i hoc q· quantitas malitie intētiōis eſt ſemper quantitas malitie voluntatis formaliter: ſicut q· abſolute conſtituit eam tantuz malam: quantitas vero bonitatis intētionis nō oportet q· ſit quātitas bonitatis volūtatis. Et rō differētie eſt: quia ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter: ita magis ad magis. Cōſtat autem ꝙ malitia in intentiōe ſufficit ad conſtituendam volunta-

tem malaꝫ: bonitas aūt non quia bonū conſtat ex cauſa integra: malum aūt ex particularibus defectibus. vnde dando elemoſynaꝫ ꝓpter inanem gloriam: non ſoluꝫ intentio eſt mala ſed actus formaliter: ⁊ conſequēter quanto peior eſt intentio tanto peior erit actus formalr̄: ſicut abſolute conceditur ꝙ actus dantis elemoſynā ꝓpter inanem gloriā eſt malus: ita abſolute ɔcedendū eſt ꝙ actus dantis elemoſynā ꝓpter maximaꝫ affectionēꝫ inanis glorie ē peior. Et ſimilr̄ ſi fiat ꝓpter maiꝰ malū: puta ſubuerſionēꝫ fidei: ſꝫ fundādo diuiteꝫ propter ſubueniendū pauperibus bonitas intentōis non conſtituit bonitatē actꝰ: ⁊ conſequēter quātitas bonitatis i intentione nō conſtituit quātitateꝫ bonitatis in actu. In quo enim non ponit̄ bonitas: in eo nec quantitas illiꝰ cogitari pōt: ⁊ hec eſt intentio littere.

ℂ Articu. IX.

In articulo 9°. Circa illa vba: ad bonitateꝫ voluntatis humane reqꝛitur ꝙ ordinet̄ in ſummū bonū: mento ꝙ ordinari in ſūmū bonū contingit tripliciter. Uno mō i cōi ⁊ hoc commune ē bonis ⁊ malis: qlibet .n. ꝓpter aliqd operatur apparens ſibi ſummum bonuꝫ. Alio modo in ſpeciali confuſe tamen: ſicut ſi quis neſciens in quo conſiſtat ſummuꝫ bonum puta in viſione dei vel in deo: operetur propter ſummum bonuꝫ quod in veritate eſt ſummuꝫ bonū: ⁊ hoc poteſt conuenire bonis. Tertio modo i ſpeciali ⁊ diſtincte: vt ſi quis operari intendit ꝓpter deum cognoſcendum: amandum ⁊c̄. Et hoc etiā cōtingit dupliciter: puta ꝓpter cognitioneꝫ amoreq́ꝫ ⁊c̄. ad que natura poteſt ⁊ ad q̄ gratia dei eleuat. In ꝓpoſito igr̄ ad bonitatem voluntatis humane requiritur ꝙ ordinet̄ ad ſummū bonuꝫ non appetēter ſed quod in veritate eſt ſummum confuſe vel diſtincte naturaliter vel ſupernaturaliter ſm̄ ſtatum perſone. Quod dico ꝓpter gentiles ⁊ ignorātes. Si enim ſm̄ proportioneꝫ conceſſi ſibi luminis in verum ſummum bonum ordinent actões ſuas bone moraliter erunt. Et ſi non: non.

ℂ Articu. X.

In articulo decimo iungito verba in reſpōſione ad primuꝫ verbis in corpore articuli: ⁊ memor ſis predictoruꝫ in articu°. 6. q. prime: aduerte ꝙ quia velle aliquid ſub ratione boni eſt velle illud ꝓpter ſummum bo

ℂ Utrꝫ bonitas volūtatis dependeat ex ɔformitate ad volūtatē diuinā. ℂ Arti. IX.

AD nonuꝫ ſic ꝓcedit̄. Videt̄ ꝙ bonitas volūtatis hūane non dependeat ex ɔformitate volūtatis diuine. Impoſſibile eſt .n. volūtatē hoīs ɔformari voluntati diuine: vt pꝫ ꝑ id qd̄ dī Eſa. lv. Sicut exaltant̄ celi a terra: ita exaltate ſunt vie mee a vijs veſtris: ⁊ cogitationes mee a cogitationibꝰ veſtris. ſi ḡ ad bonitatē volūtatis reqrerent̄ ɔformitas ad diuinā volūtatē ſequeret̄ ꝙ ipoſſibile eſſet hoīs volūtatē eſſe bonā: qd̄ ē incōueniēs. ℂ Preterea. Sicut volūtas nr̄a deriuat̄ a volūtate diuina. ita ſcia nr̄a deriuat̄ a ſcia diuina. ſed nō requirit̄ ad ſciam nr̄am ꝙ ſit ɔformis ſcie diuine. multa .n. deus ſcit que nos ignoramus. ḡ nō reqrit̄ ꝙ volūtas nr̄a ſit ɔformis volūtati diuine. ℂ Preterea. Volūtas eſt actōis principiū: ſed actio noſtra non pōt ɔformari actioni diuine. ḡ nec volūtas. ℂ Sed ɔtra eſt qd̄ dī Math. xxvj. Nō ſicut ego volo: ſꝫ ſicut tu vis: qd̄ dicit. q: rectum vult eſſe hoiem: ⁊ ad deū dirigi. vt Aug. dicit in ench. Rectitudo aūt volūtatis eſt bonitas eiꝰ: ḡ bonitas volūtatis depēdet ex ɔformitate ad volūtateꝫ diuinā. ℂ Rn̄deo dicēdū ꝙ ſicut dictū eſt bonitas volūtatis depēdet ex intētione finis: finis aūt vltimꝰ volūtatis hūane ē ſummū bonū qd̄ eſt deus vt ſupra dictū̄ eſt. Requirit̄ ḡ ad bonitateꝫ hūane volūtatis ꝙ ordinet̄ ad ſummū bonū: hoc aūt bonū primo qdē ⁊ per ſe ɔparat̄ ad volūtatē diuinā: vt obꝫ ꝓpriū eius: illud aūt qd̄ eſt primū in quolibet gn̄e eſt menſura ⁊ rō oīuꝫ q̄ ſunt illius generis. vnū qdq́ꝫ aūt rectū ⁊ bonū ē inquātū attingit ad ꝓpriā mēſurā. ḡ ad hoc ꝙ volūtas hoīs ſit bona: reqrit̄ ꝙ ɔformet̄ volūtati diuine. ℂ Ad primū ḡ dicēdū ꝙ volūtas hoīs nō pōt ɔformari volūtati diuine ꝑ eqparantiā: ſꝫ ꝑ imitationē. ⁊ ſilr̄ ɔformat̄ ſcia hoīs ſcie diuine inquātuꝫ cognoſcit veruꝫ. ⁊ actio hoīs actiōi diuine inquātū eſt agēti ɔueniens. ⁊ hoc per imitationē: nō aūt ꝑ eqparātiā. Unde pꝫ ſolutio ad ſcd̄m ⁊ ad tertium argumentum.

ℂ Utrum neceſſariuꝫ ſit volūtateꝫ humanā conformari voluntati diuine in volito ad hoc ꝙ ſit bona. Articu. X.

AD decimuꝫ ſic procedit̄. Videt̄ ꝙ volūtas hoīs non debeat ſemper cōformari diuine volūtati. In volito .n. nō poſſumus velle qd̄ ignoramꝰ. bonum .n. apprehenſum eſt obꝫ voluntatis: ſed quid deus velit ignoramꝰ in plurimis. ḡ nō pōt humana voluntas diuine voluntati ɔformari in volito. ℂ Preterea. Deus vult damnare aliquem quem preſcit in mortali peccato moriturum. ſi ḡ homo teneret̄ ɔformare voluntatem ſuaꝫ diuine volūtati in volito: ſequeret̄ ꝙ homo teneret̄ velle ſuā damnationeꝫ: qd̄ ē icōueniēs. ℂ Preterea. Nullus tenet̄ velle aliqd qd̄ ē ɔtra pietatē. ſꝫ ſi hō vellet illd̄ qd̄ deus vult. hoc eſſet qn̄qꝫ

cõtra pietatẽ. puta cũ de⁹ vult mori pr̃e alic⁹. ſi fili⁹ hoc idẽ vellet ꝯ pietatẽ eẽt. ḡ nõ tenet̃ cõformare volũtatẽ ſuã volũtati diuine in volito. ¶ Sʒ ꝯ ẽ. q: ſuper illud p̃s. Rectos decet collaudatio. dicit glo. Rectũ cor hʒ q vult qđ deus vult. ſʒ q̈libet tenet̃ hr̃e rectũ cor: ḡ q̈libʒ tenet̃ velle qđ de⁹ vult. ¶ Preterea. Forma volũtatis eſt ex obto ſicut ⁊ cuiuſlibet act⁹. ſi ḡ tenet̃ hõ ꝯformare volũtatẽ ſuã volũtati diuine requirit̃ ꝙ teneat̃ conformari in volito. ¶ Preterea. Repugnãtia volũtatũ ꝯſiſtit in hoc ꝙ hoĩes diuerſa volũt: ſʒ qcũqʒ hʒ voluntatẽ repugnãtẽ diuine volũtati hʒ malã volũtatẽ. ḡ qcũqʒ nõ ꝯformat volũtatẽ ſuã volũtati diuine in volito hʒ malam volũtatẽ. ¶ Rñdeo dicẽdũ ꝙ ſicut ex p̃dictis pʒ volũtas fert̃ in ſuũ obm ſʒ ꝙ a rõne ꝓponit̃. ꝯtingit aũt aliqd a rõne cõſiderari diuerſimode: ita ꝙ ſub vna rõne eſt bonũ: ⁊ ſʒ aliã rõnẽ nõ bonũ. ⁊ iõ volũtas alicuius ſi velit illud eſſe ſʒ ꝙ hʒ rõnez boni eſt bona. ⁊ volũtas alterius ſi velit illud idẽ nõ eſſe ſʒ ꝙ hʒ rõnẽ mali erit volũtas etiã bona. ſicut iudex hʒ bonã volũtatẽ dũ vult occiſionẽ latronis. q: iuſta eſt. volũtas aũt alterius: puta vxoris vel filij: qui vult nõ occidi ipſum inquantũ eſt ſʒ nãm mala: occiſio eſt ẽt bona. cũ aũt volũtas ſequat̃ app̃hẽſionẽ rõnis vel intellectus ſʒ ꝙ rõ boni app̃henſi fuerit cõior. ſʒ hoc ⁊ volũtas fert̃ in bonũ cõius ſicut pʒ in exemplo ꝓpoſito. nã iudex hʒ curã boni cõmunis qđ eſt iuſtitia. ⁊ iõ vult occiſionẽ latronis que hʒ rõnẽ boni ſʒ relationẽ ad ſtatũ cõmunẽ. vxor aũt latronis cõſiderare hʒ bonũ priuatũ familie: ⁊ ſʒ hoc vult maritũ latronẽ nõ occidi. bonũ aũt toti⁹ vniuerſi eſt id qđ eſt apprehenſum a deo qui eſt vniuerſi factor ⁊ gubernator. vñ quicquid vult: vult ſub rõne boni cõmunis quod eſt ſua bonitas que eſt bonum totius vniuerſi. Apprehenſio aũt creature ſʒ ſuã nãʒ eſt alicuius boni particularis ꝓportionati ſue nãe: ꝯtingit aũt aliqd eſſe bonũ ſʒ rõnẽ particularẽ qđ nõ eſt bonũ ſʒ rõnẽ vniuerſalẽ: aut ecõuerſo: vt dcm̃ eſt. Et iõ cõtingit ꝙ aliq̃ volũtas eſt bona volens aliqd ſʒ rõnẽ particularẽ ꝯſideratũ. qđ tamẽ deus nõ vult ſʒ rõnẽ vlẽm: aut ecõuerſo. Et inde ẽ etiã ꝙ pñt diuerſe volũtates diuerſorũ hoĩum circa oppoſita eſſe bone: ꝓut ſub diuerſis rationibus particularibus volunt hoc eſſe vel nõ eſſe: nõ eſt aũt recta volũtas alicui⁹ hoĩs volentis aliqđ bonũ particulare: niſi referat illud in bonum cõmune ſicut in fine: cũ etiã nãlis appetitus cuiuſlibet partis ordinet̃ in bonum cõmune totius. ex fine autẽ ſumit̃ quaſi formalis rõ volendi illud qđ ad finem ordinat̃: vñ ad hoc ꝙ aliquis recta volũtate velit aliqđ particulare bonũ: opʒ ꝙ illud particulare bonum ſit volitũ materialiter: bonũ aũt cõe ſit volitum formaliter. volũtas igit̃ hũana tenet̃ cõformari diuine volũtati in volito formaliter: tenet̃. n. velle bonũ diuinũ ⁊ cõe ſʒ nõ materialiter rõne iam dicta. Sed tñ q̃ʒtũ ad vtrũqʒ: mõ aliquo volũtas hũana cõformat̃ volũtati diuine. q: ſʒ ꝙ cõformat̃ voluntati diuine in cõi rõne voliti: ꝯformat̃ ei in fine vltimo: ſʒ aũt ꝙ nõ ꝯformat̃ ei in volito materialiter: ꝯformat̃ ei ſʒ rõnẽ cãe efficiẽtis. q: hãc ꝓpriã inclinationẽ ꝯſequentẽ nãm. vel apprehenſionẽ particularem huius rei hʒ res a deo ſicut a cã effectiua. vñ ꝯuenit dici ꝙ ꝯformat̃ q̃ʒtum ad hoc voluntas hoĩs voluntati diuine. q: vult hoc qđ deus vult eũ velle. Eſt ⁊ alius modus cõformitatis ſʒ rõnem cauſe formalis. vt. ſ. hõ velit aliqd ex charitate ſicut de⁹ vult. ⁊ iſta ẽt ꝯformitas reducit̃ ad ꝯformitatem formalem que attendit̃ ex ordine ad vltimũ finẽ. qđ eſt ꝓprium obm charitatis. ¶ Ad primũ ergo dicẽdũ ꝙ volitũ diuinũ ſʒ rõnẽ cõem q̃le ſit ſcire poſſum⁹. Scimus. n. ꝙ deus qcqd vult vult ſub rõne boni. ⁊ iõ qcũqʒ vult aliqd ſub quacũqʒ rõne boni hʒ voluntatẽ ꝯformẽ voluntati diuine q̃ʒtũ ad rõnẽ voliti. ſʒ in particulari neſcimus qd de⁹ velit: ⁊ q̃ʒtũ ad hoc nõ tenemur cõformare volũtatẽ noſtram diuine voluntati: in

num. Ideo dicitur quod voluntas volens aliquid ſub ratione boni eſt conformis diuine voluntati i volito formaliter: quod eſt velle ꝓpter diuinum ⁊ commune bonum: ſed caue ne ꝓpterea dicas omnem volũtatem ſemper conformari diuine in volito formaliter: q: nullus operatur aſpiciens ad malum: ſed ad aliquaʒ boni rationeʒ. Et ꝯſequenter volũtas mala cõformatur diuine volũtati in volito formaliter. hoc enim falſum eſt: licʒ enim voluntas q̃ʒtũcũqʒ mala inquantum habet aliquid boni ſit conformis diuine voluntati: ac per hoc poſſit ſʒ quid dici conformis diuine volũtati in volito fõmaliter: ſicut poteſt ſʒ quid dici bõa: ſimpliciter tamen illa ſola volũtas eſt cõformis diuine volũtati in volito fõmaliter que ſub ratione boni nõ apparentis ſʒ veri exercetur. Ad hanc enim conformitateʒ tenemur cum illa que eſt ſʒ boni rationẽ ſiue veri ſiue apparẽtis nati ſumus. In hac ꝯſiſtere virtutis opus eſt.

ſtatu tamē glorie omnes vide bunt in ſingulis que volent ordinem eorū ad id quod deus circa hoc vult: ⁊ ideo non ſolum formaliter: ſed materialiter in omnibus ſuam voluntatem deo ꝯformabūt. ¶ Ad ſecūdū dicendum ꝙ deus nō vult dānationē alicui⁹ ſub rōne dānationis: nec mortē alicui⁹ inquātum eſt mors. q: ipſe vult oēs hoīes ſaluos fieri: ſed vult iſta rōne iuſtitie. vñ ſufficit circa talia ꝙ hō velit iuſtitiā dei ⁊ ordinē nāe ſeruari. vñ pꝫ ſolutio ad tertiū. ¶ Ad primū ꝟo qđ in ꝯtrariuꝫ obijciebat᷑ dicendum: ꝙ magis vult qđ deus vult qui ꝯformat volūtatē ſuā volūtati diuine ꝗꝫtū ad rōnem voliti ꝗꝫ qui cōformat ꝗꝫtū ad ipſaꝫ rem volitā. q: volūtas principalius fert᷑ in finē ꝗꝫ in id qđ ē ad fineꝫ. ¶ Ad ſcđm dicendum ꝙ ſpēs ⁊ forma actus magis attendit᷑ ſm rōnē obi ꝗꝫ ſꝫ id qđ eſt mãle in obo. ¶ Ad tertiuꝫ dicendum ꝙ nō eſt repugnātia voluntatuꝫ quando aliqui diuerſa volunt non ſm eandem rationem: ſed ſi ſub vna ratione eſſet aliquid ab vno volitum qđ alius nollet: hoc induceret repugnātiā volūtatum. qđ tñ nō eſt in propoſito.

¶ De bonitate ⁊ malitia exteriorum actuum humanorū.

¶ Queſtio. XX.

Einde ꝯſiderandū eſt de bonitate ⁊ malitia ꝗꝫtū ad exteriores actus. ¶ Et circa hoc queruntᷓ ſex.

¶ Primo vtꝝ bonitas ⁊ malitia ꝑ pri⁹ ſit in actu volūtatis. vel in actu exteriori. ¶ Scđo vtrum tota bonitas vel malitia actus exterioris dependeat ex bonitate volūtatis. ¶ Tertio vtrum ſit eadem bonitas ⁊ malitia interioris ⁊ exterioris actus. ¶ Quarto vtruꝫ actus exterior addat de bonitate vel malitia ſupra actum interiorē. ¶ Quinto vtrum euentus ſequens aliquid addat de bonitate vel malitia ad actum exterioreꝫ. ¶ Sexto vtrum idem actus exterior poſſit eſſe bon⁹ ⁊ malus.

¶ Utrum bonitas vel malitia per prius ſit in actu volūtatis vel in actu exteriori. Arti. I.

Ad primū ſic ꝓcedit᷑. Uidet᷑ ꝙ bonū ⁊ malum per prius ꝯſiſtat in actu exteriori quaꝫ in actu volūtatis. Volūtas.n. hꝫ bonitateꝫ ex obto: vt ſupra dcm̄ eſt: ſed actus exterior eſt obm interioris actus volūtatꝭ: dicimur.n. velle furtum: vel velle dare elemoſynam. ergo malū ⁊ bonū per prius eſt in actu exteriori ꝗꝫ in actu volūtatis.

¶ Circa q̄onis 20ᵉ articulus ¶ Qō. XX. ꝓᵐ diligēter notato terminos tituli.ſ.actū voluntatis: actū exteriorē ⁊ ꝓoritateꝫ bonitatis moralis. Actus voluntatis ſumi pōt dupl'r. Uno mō ſꝫ ſe. Alio mō vt eſt forma ſeu cōditio actuū exteriorū humanorꝫ: hic ſumitur pmo mō. ſimiliter act⁹ exterior ſumitur tripl'r pmo ſm id pciſe qđ hēt a potentia executiua ⁊ re ipſe loco ſecluſa obediētia volūtatis. Et ſic cūꝫ nō ſit capax bonitatis vel malitie moralis: quoniā hec circa voluntaria tantū fiunt: nō ſumitur. Alio mō ſumit᷑ vt ē compoſituꝫ ex ſupra dictis et actu voluntatis: ita ꝙ ex ipſo ⁊ volūtatis actu fit vn⁹ numero act⁹: ⁊ ſic etiaꝫ nō ſumit᷑ hic: eēt.n.comparatio partis ad totū ⁊ econuerſo. Tertio modo ſumitur ſm id qđ habꝫ ex ſe ⁊ qđ pticipat ex actu voluntatis: ita ꝙ diſtiguat᷑ act⁹ exterior voluntarius ꝯtra ipꝫ actuꝫ voluntatis ī ſe: quicqd ſit illō qđ ſignificat ly voluntarius: ⁊ hoc modo ſumitur in propoſito vbi cōparat᷑ actus exterior humanus actui interiori voluntatis in ſe cui prius cōueniat bonitas moralis ⁊ eſt ſermo de prioritate nāe: ⁊ exteriori a volūtate: actus eniꝫ intellectus hoc in loco actus exterior vocatur: currit .n. curſu alioꝝ a voluntate.

¶ In corpore eiuſdē articuli: aduerte pmo diligenter ꝙ ſicut de ceteris rebus tractādo de rebus doctrinā facimus exiſtentibus tēpore ſuo in rerum natura. Et tamē eaſdeꝫ in abſtractione conceptas diſcutimus ⁊ examinamus: ⁊ ea que de illis quātis abſtracte conceptis ſm ſe vera deprehendimus. in eiſdem in reruꝫ natura inuentis verificamus: vt pꝫ inductiue: ita de actibus humanis exterioribus loquēdo intellige: ꝙ actus talis: puta vti re ſua quando opꝫ vbi opꝫ ⁊c̄. eſt ſm ſe actus formal'r bonus moraliter ex genere ⁊ circūſtātijs: ſicut ſape videre ⁊c̄. ſunt ꝗdaꝫ ſm ſe formal'r bona tranſcendenter: ⁊ ꝙ poſiti in reruꝫ natura humanimodi act⁹ ſunt ēt formaliter boni: nec eſt alia bonitas qua ē bonus act⁹ abſtracte ꝯcept⁹: ⁊ actus in rerū natura poſit⁹: ſicut non eſt alia humānitas qua homo abſtracte cōceptus ē homo: ⁊ q̄ homo poſitus in rerum natura eſt homo: ſꝫ hene eſt ali⁹ eſſendi modus: q: ī reruꝫ natura ⁊ in abſtractōe. Scito ſcđo ꝙ aliud eſt loqui de actibus abſolute: aliud vt ſunt obiecta: aliud vt ſunt in rerum natura: aliō vt ſūt executione. Que eni conueniūt alicui abſolute conueniunt in rerum natura niſi conueniāt non repugnanter: vt alibi dictū eſt: que autē conueniūt vt obiecta ſūt: ⁊ que vt in executiōe ſunt habitudines important ad ea quoꝝ ſunt obiecta: ⁊ a quib⁹ fiunt ⁊c̄. Prelibata autem volui hec eſſe vt intelligas primo ꝙ actus exterior. ēbi gratia. vti re ſua abſolute eſt formaliter bonus moraliter: ac per hoc poſitus in rerū natura eſt etiaꝫ formaliter bonus moraliter: ⁊ poſitus in eē obiectiuo voluntatis noſtre eſt bonus etiaꝫ obiectiue: ⁊ poſitus in executione eſt effectus bonus. Scđo ꝙ quia ideꝫ eſt loqui de conditionibus ſm ſe rei abſolute ⁊ in reruꝫ natura nō diſtinguas inter bonitateꝫ moraleꝫ actus exterioris ſm ſe ⁊ vt in rerum natura: ſed pro eodem computes: ac per

hoc

hoc quum dici tur ꝙ bonitas ex materia et circunſtantijs prius conuenit actui extra ſm ſe ꝙ̃ voluntati ītelligas ꝙ pri us cōuenit hu iuſmodi boni tas actui exte riori in rerum natura ꝙ̃ volū tati. Et cū his intelligas 3° ꝙ prius cōuenit bonitas iſta a ctui exteriori obiectiue ꝙ̃ in exequutione: ⁊ ſic prius conue nit hec bōitas actui exteriori ſm ſe: ac per h in rerum natu ra abſolute: ſe cundo ipſimet obiectiue. Ter tio actui volū tatis cui obyci tur. Quarto ip ſimet in execu tione: ſicut ſa nitas pmo con uenit animali ſiue abſtracte concepto: ſiue in rerum natu ra: deinde con uenit medicie et quibuſcūqȝ alijs. Scito 4° ꝙ ſi queras ra tionem quare bonitaſ act⁹ ex terioris ex ma teria ⁊ circun ſtantijs pri⁹ cō uenit ipſi ꝙ̃ vo luntati: in litte ra tāgiť dupl'x ratio. Prima eſt quia conue nit ipſi per ſe: ⁊ conſequenter voluntati ꝑ ip ſam: non eniȝ ſō tollere alie na eſt malus a ctus moraliter quia velle hoc eſt malum: ſed ecōuerſo: quia hoc eſt maluȝ mōaliter. Ideo

℃ Preterea. Bonuȝ per pri⁹ cōuenit fini. q: ea que ſunt ad finē hñt rōnem boni ex ordine ad finem: actus aūt volūtatis nō pōt eſſe finis: vt ſupra dcm̄ eſt: actus aūt alterius potētie pōt eſſe finis. ģ per prius conſi ſtit bonum in actu potētie alte ri⁹: ꝙ̃ in actu volūtatī. ℃ Pre terea. Actus volūtatis forma liter ſe hȝ ad actū exteriorē. vt ſupra dcm̄ eſt: ȝ id qđ eſt for male eſt poſterius: naȝ forma aduenit mãe: ģ per prius ē bo nū ⁊ malū in actu exteriori. ꝙ̃ in actu volūtatis. ℃ Sed ꝯtra eſt qđ Augu. dicit in lib. retra ctationū: ꝙ volūtas eſt ex qua peccať ⁊ recte viuiť. ģ bonum ⁊ malum morale per prius cō ſiſtit in voluntate. ℃ Rñdeo dđȝ ꝙ aliqui actus exteriores pñt dici boni vel mali duplici ter. Uno mō ſm genus ſuū: ⁊ ſm circunſtantias in ipſis con ſideratas. ſicut dare elemoſy nam ſeruatis debitis circūſtā tijs diciť eſſe bonuȝ. Alio mō diciť aliquid eſſe bonū vel ma lum ex ordine ad finē: ſicut da re elemoſynā ꝓpter inanē glo riā diciť eſſe malū: cū aūt finis ſit ꝓpriū obm̄ volūtatis. mani feſtū eſt ꝙ iſta rō boni vel ma li quā hȝ actus exterior ex ordi ne ad finem per prius inueniť in actu volūtatis. ⁊ ex eo deri uať ad actū exteriorē: bonitas aūt vel malitia ꝙ̃ hȝ actus ex terior ſm ſe ꝑꝑ debitā mãȝ: ⁊ debitas circunſtātias nō deri uať a volūtate: ȝ mag̃ a rōne: vñ ſi ꝯſidereť bonitas exterio ris act⁹ ſm ꝙ eſt in ordinatiōe ⁊ apꝑ̄hēſione rōnis: prior eſt ꝙ̃ bonitas actus volūtatis: ȝ ſi ꝯſidereť ſȝ ꝙ eſt in executio ne operis ſequiť bonitatē vo lūtatis q̃ eſt principium eius. ℃ Ad primuȝ ģ dđm ꝙ actus exterior eſt obm̄ volūtatis in quãtū ꝓponiť volūtati a rōne: vt qđdā bonū apꝑ̄henſum ⁊ ordinatū ꝑ rōneȝ. ⁊ ſic eſt pri⁹ ꝙ̃ bonū act⁹ volūtatis: inquā tū vo ꝯſiſtit in executiōe ope ris eſt effectus volūtatis: ⁊ ſe quiť volūtatē. ℃ Ad ſcđm di cendū ꝙ finis eſt prior in inten tione: ȝ eſt poſterior in execu tione. ℃ Ad tertiū dđm ꝙ for ma ſm ꝙ eſt recepta in mã eſt poſterior via ġnationis ꝙ̃ mã lȝ ſit prior nã: ȝ ſm ꝙ eſt in cã agēte ēſt oībus modis prior: voluntas aūt cōparať ad actū exteriorem: ſicut cã efficiens: vñ bonitas act⁹ voluntatis eſt forma exterioris actus ſicut in cauſa agente exiſtens.

℃ Utrum tota bonitas ⁊ mali tia exterioris actus dependeat ex bonitate actus. Arti. II.

Ad ſcđȝ ſic ꝓceditur. Uidetur ꝙ tota boni tas ⁊ malitia act⁹ ex terioris dependeat ex volūtate. diciť .n. Matth. vij. Nō poteſt arbor bona malos fructus facere: nec arbor ma la facere fruct⁹ bonos: per ar borem aūt intelligiť volūtas: ⁊ per fructum opus ſm glo. ģ nō pōt eſſe ꝙ volūtas interior ſit bona. ⁊ act⁹ exterior ſit ma lus. aut econuerſo. ℃ Prete rea. Augu. dicit in lib. retracta tionum ꝙ non niſi voluntate peccať. ſi ergo non ſit peccatū in voluntate: non erit peccatū in exteriori actu. ⁊ iō tota boni tas vl' malitia exterioris actus ex volūtate dependet. ℃ Pre terea. Bonū ⁊ maluȝ de quo nunc loquimur ſunt differen tie moralis actus. differentie autē per ſe diuidunt genus ſȝ phm̄ in. viij. metaphy. cū igiť act⁹ ſit moralis ex eo ꝙ eſt vo luntari⁹: videť ꝙ bonū ⁊ ma lum accipiť in actu ſolū ex par te voluntatis. ℃ Sed ꝯtra eſt

voluntas eius eſt mala. Se cūda eſt: quia hec bonitas pē det a ratione ⁊ non a volunta te: ſed quomo do hoc verum ſit in ſequenti tractabitur ar ticlo. Et quod reliquuȝ eſt .ſ. quomodo bo nitas actus ꝓ pria exterioris in exequutiōe ſit a voluntate in 3° articu° tra ctabitur.

℃ Articu. II.

In ti cu lo ſe cundi articuli ſtatiȝ dubiū oc currit quomo do poſt deter minationeȝ ꝙ bōitas aliqua priuſ conuenit actui exteriori ꝙ̃ volūtati: du bitari nec po teſt: an tota ei⁹ bonitas pende at ex volunta te. Si eniȝ pri us actui conue nit ꝙ̃ volunta ti aliqua boni tas: liquet ꝙ il la non pendet a voluntate: ꝓ us enim nō de pendet a poſte riori: ac ꝑ hoc conſtat ꝙ non tota bonitaſ a ctus exterioris pendet ex vo luntate. Nul la ergo ē hic ra tionabilis que ſtio.

℃ Ad hoc dici tur ꝙ q: actus exterior volun tarius claudit in ſe dependē tiam a volun tate. Ideo ſtat ꝙ bonitas ꝓus ſm naturā in

qđ Aug. dicit in lib. ꝯtra mendacium: ꝙ quedam ſunt que nullo q̄ſi bono fine: aut bona voluntate poſſunt bene fieri. ¶ Rñdeo dicē ꝙ ſicut iā dcm̄ eſt in exteriori actu pōt cōſiderari duplex bonitas vel malitia. Una ſm̄ debitā mā̃ ⁊ circunſtantiā. Alia ſm̄ ordinē ad finē. Et illa qdē que ē ſm̄ ordinem ad finem tota depēdet ex volūtate: illa aūt q̄ eſt ex debita mā̃ vel circūſtātijs depēdet ex rōne. ⁊ ex hac dependet bonitas volūtatis ſm̄ ꝙ in ipſaꝫ fertur. ¶ Eſt aūt ꝯſiderāduꝫ ꝙ ſicut ſupra dcm̄ ē ad hoc ꝙ aliqd ſit malū ſufficit vnꝰ ſingularis defectus: ad hoc autēꝫ ꝙ ſit ſimpliciter bonū nō ſufficit vnū ſingulare bonū: ſꝫ requiritur integritas bonitatis: ſi igit̄

ſit ipſi actui humano exteriori q̃ꝫ voluntati: adhuc reſtat ambiguum an etiam illa bonitas que prius ei conuenit dependeat a voluntate: lꝫ .n. prius non depēdeat a poſteriori: qđ tamen prius ineſt alicui poteſt dependere ab eo cui poſterius ineſt. Et eſt ſimile ſi concluſo ꝙ ſanum prius ineſt aīali q̃ꝫ medicine queratur an ſanitas aīalis dependeat a medicina.

¶ Circa doctrinaꝫ in corpore eiuſdem ſecundi articuli traditam dubiuꝫ occurrit q̄druplex. Primo qꝛ ſicut bōitas ex materia ⁊ circunſtantijs eſt ex ratione ita bonitas finis: neqꝫ eñi finis neqꝫ actus quicūqꝫ pertinet ad genus moris niſi vt ſtat ſub ordine rōnis. Ratio ergo eſt cauſa omnis bonitatis: vtraqꝫ ergo bonitas debuit in rationem reduci: ⁊ non altera in voluntatem ⁊ altera in rationeꝫ vt in lr̄a fit. ¶ Scōm dubium eſt: quia aut hic ſermo eſt de actu exteriori abſolute: aut vt eſt in exequutione. Si abſolute: quum ſic preueniat voluntateꝫ vt obiectū nihil aliud eſt dicere ꝙ bonitas actus exterioris nō eſt a voluntate q̃ꝫ dicere ꝙ bonitas obiecti volūtatis nō eſt a voluntate: ⁊ quum hoc cōmune ſit vtriqꝫ voluntatis obiecto .ſ. fini ⁊ actui extrinſeco: debuit de vtroqꝫ dici ꝙ non dependet a voluntate: ⁊ non diſpar iudicium proferri: vt in lr̄a fit. Si aūt vt eſt effectus voluntatis: quum bonitas vtraqꝫ ex obiectis ad actuꝫ voluntatis: ⁊ ex actu voluntatis in actum exteriorem imperatum ⁊ factuꝫ deuenerit: par quoqꝫ debuit proferri ſententia ꝙ vtraqꝫ ſcꝫ eſt a voluntate dependente ab obiecto ſub ratione: ⁊ non ſicut in lr̄a fit: altera tantum bonitas in voluntateꝫ reduci. ¶ Tertium dubium eſt: quia quum vna circūſtantiaruꝫ actus exterioris ſit finis: oportet ꝙ bonitas actus exterioris ex genere ⁊ circunſtantijs dependeat a voluntate: quoniam ab ea dependet bonitas ex fine vt in lr̄a dicitur. Eſt ergo implicatio dicere ꝙ bonitas actꝰ exterioris ex fine dependet a voluntate: ⁊ ꝙ bonitas eius ex genere ⁊ circunſtantijs non dependet ex ea. Claudit̄ enīꝫ in hac bonitas ex fine. ¶ Quartū dubiuꝫ eſt directe contra bonitatem actus exterioris in exequutiōe quia quum reſpectu voluntatis obiectum ⁊ finis coincidant: vt dictuꝫ eſt: actus exterior obiectus volūtati oportet ꝙ ſit eius finis: ac per hoc volūtas ſit bona ex eo: ſicut ex fine. Et tunc ſic: bonitas ex fine in actu exteriori pēdet tota ex voluntate: quia finis eſt obiectum proprium voluntatis. Sed bonitas actus exterioris eſt bonitas ex fine: quia actꝰ exterior obm̄ ⁊ finis eſt volūtatis: ḡ tota bonitas actus exterioris pēdet ex volūtate: ⁊ idē eſt iudiciū de vtraqꝫ bonitate.

¶ Ad primū horum dicit̄ ꝙ hic non comparat̄ finis actui exteriori: vt argumentum credit. Sed comparatur bonitas vel malitia ex fine in actu exteriori inuenta: bonitati vel malitie ex genere ⁊ circunſtantijs in eodem exiſtēte. Ubi gr̄a. in hoc actu vti re ſua quando opꝫ ⁊c̄. ꝑpter bonum patrie inuenit̄ duplex bonitas .ſ. ex fine: quia ꝑpter bonuꝫ patrie: ⁊ ex genere ⁊ circūſtantijs: quia re ſua quando opꝫ ⁊c̄. ⁊ fit hic comparatio earuꝫ: ⁊ dicit̄ primo ꝙ bonitas ex fine in huiuſmodi actu inuenta pēdet per ſe ex interiori actu voluntatis: quia finis ex hoc ꝙ eſt propriū voluntatis ſolius obiectū confert inter actus actui volūtatis primo bonitatem ſuam: ita ꝙ voluntatis actus eſt primo bonus tali bonitate: ⁊ per ipſum talis bonitas conuenit cuicūqꝫ conuenit: ⁊ cōſequenter actꝰ humanus exterior prefatꝰ hꝫ ꝙ ſit tali bonitate bonus ex actu interiori voluntatis. Dicit̄ ſcđo ꝙ bonitas ex gene̅ ⁊ circūſtantijs in eodem actu inuenta nō pēdet ex voluntate: quia non ſō hic actꝰ eſt ſic bonus: quia velle ipſum eſt bonum: ſed ecōuerſo: ſed pendet ex ratione: inter potentias enim anime principia moralis bonitatis vel malitie ſunt ratio vel voluntas. Si ḡ voluntas nō eſt per ſe cauſa huiꝰ: relinquitur ꝙ ratio ſit. Et re vera ratio eſt principium non ſoluꝫ huius: ſed etiā omnis bonitatis ⁊ malitie moralis: quia eſt principiū totius eſſe moralis: ſed qꝛ bonitas inuenta in exteriori actu ex fine pendet non ſolum ex ratione: ſed etiā per ſe ex voluntate interiori. Ex genere aūt ⁊ circunſtantijs ex rōne ſolum: ideo illa in voluntatem vt proximā per ſe cauſaꝫ: hec in rationem deducta eſt.

¶ Ad 2ᵐ dicit̄: ꝙ lꝫ hic ſermo ſit de actu exteriori ſimpliciter ⁊ non reſtricto ad exequutionem: tamen iungendo ipſum cum dictis in articulo precedenti poteſt dici ꝙ hic eſt ſermo de actu exteriori vtroqꝫ modo: vt in lr̄a pꝫ. Et quiꝫ contra primū membrū obijcitur: reſpondet̄ primo ꝙ non eſt ideꝫ loqui de actu exteriori abſolute: ⁊ vt obiectum eſt voluntatis: ⁊ conſequenter non eſt idem dicere actus exterior eſt ſecunduꝫ ſe bonus vel malus: ⁊ non ex voluntate: ⁊ dicere ꝙ obiectum voluntatis eſt bonū ſm̄ ſe ⁊ non ex voluntate. Actus enī exterior ſm̄ ſe abſtrahit ab obiecto nō obiecto voluntatis. Dicit̄ ſcđo ꝙ hic etiaꝫ incidit error ſicut in priori dubio: quia nō fit comparatio obiecti ad obiectum: puta actus exterioris ad finem: ſed bonitatis actus ex fine ad bonitatem eiuſdem ex genere ⁊ circunſtantijs: vnde dato ꝙ idem ſit iudicium de bonitate actus ⁊ finis ꝙ .ſ. neutra pendet ex voluntate: non tamen eſt idem iudicium de bonitate ex fine participata in actu ⁊ bonitate eiuſdem ſm̄ genus ⁊ circūſtātias: quia illa ex voluntate: hec non pendet: ⁊ hoc fit in littera. Tertio dicit̄ ꝙ ſi comparet̄ obiectum ad obiectuꝫ adhuc aliquid ſingulare inſinuaretur in actu qđ non fine: dicendo ꝙ bonitas actus extrinſeci obiecti non eſt ex voluntate: quia hoc obiectū differt a fine duplr. Primo qꝛ eſt actio quedaꝫ. Scđo quia eſt dependens a voluntate: eſt enim actus humanus: finis aūt nec dependens aliquid a volūtate nec actionem aliquā exprimit: vnde dicere de actione a voluntate dependente: ꝙ nec depēdet in propria bonitate ab actu interiori voluntatis aliquid annotatione dignum eſt: non ſic de fine: quoniam liquidum eſt. Ad id vō qđ contra 2ᵐ membrū obijcitur dicitur: ꝙ lꝫ actus exterior in exequutione habeat bonitatem vtrāqꝫ ex voluntate. Et voluntas ab obiectis: diſſimiliter tamen hoc fit:

quia

volũtas ſit bona ⁊ ex obto ꝓprio: ⁊ ex fine: ꝯñs eſt actũ exteriorẽ eſſe bonũ: ſʒ nõ ſufficit ad hoc ꝙ actus exterior ſit bonus: bonitas volũtatis que eſt ex intentione: ſʒ ſi voluntas ſit mala ſiue ex intentione finis: ſiue ex actu volito: ꝯñs eſt actũ exteriorem eſſe maluʒ. ¶ Ad primũ ergo dõm ꝙ voluntas bona: ꝓut ſignificaẽ per arborem bonaʒ eſt accipienda ſm ꝙ hʒ bonitateʒ ex actu volito: ⁊ ex fine intento. ¶ Ad ſcdm dõm ꝙ non ſolum aliquis voluntate peccat quãdo vult malum finem: ſed etiam quando vult malum actum. ¶ Ad tertium dõm ꝙ voluntarium dicitur nõ ſolum actus voluntatis ſed etiam actus exteriores: prout a voluntate procedunt. ⁊ rõne. ⁊ iõ circa vtroſqʒ act⁹ põt eſſe dr̃ia boni ⁊ mali.

quia bonitas ex fine deſcẽdit in actum interiorem voluntatis per ſe ⁊ formaliter. In actum vero exterioreʒ in exequutione denominatiue tantũ: bonitas vero ex genere ⁊ circũſtantia ex obiecto deriuaẽ in actũ interiorẽ denominatiue tantũ: ⁊ per eum in actum exteriorem formaliter: ſicut ex ſano in animali: denominatur medicina ſana quia anial ſit ſanuʒ formaliter. vnde nõ eſt de vtraqʒ bonitate eadeʒ ratio ẽt in exequutiõe. Et ad hoc inſinuanduʒ in littera de ſecũda bonitate diciẽ ꝙ volũtas ſm ꝙ in rationem fertur hʒ hanc bonitateʒ: quaſi non hẽat ipſaʒ ſimpliciter: ſed in ordine ad aliud: ſicut cõmuniter accidit in hꝫ denominationibus. Sed tũc inſurgit queſtio mota in 4° dubio: quare bonitas vocata ex fine ineſt voluntati formaliter: ⁊ vocata ex obiecto non: precipue quũ obiectũ etiã ſit finis volũtatis: ⁊ hec qõ ſoluetur in ſolutione quarti dubij.

¶ Ad 3ᵐ ergo dubiũ dr̃: ꝙ ſi poſſet ſeparari bonitas alicu⁹ finis vt circũſtantia eſt a bonitate euiſdem vt ſpecificãs reſpectu euiſdem actus: facile dici poſſet diſtinguendo ꝙ finis vt circũſtantia ſpectat ad bonitatem actus exterioris ex genere ⁊ circũſtãtijs: finis aũt vt ſpecificãs ſpectat ad voluntatem: ⁊ ſic non eſſet implicatio dicere ꝙ bonitas ex fine in actu exteriori pendet ex voluntate. Et ꝙ bonitas ex genere ⁊ circũſtantijs etiã finis nõ pendet ex voluntate: quia in pᵐa propoſitione eſſet ſermo de bonitate ex fine ſpecificante actuʒ exteriorem formaliter ſumptum. In ſcda võ de bonitate ex fine ⁊ circũſtãtia euiſdeʒ materialiter ſumpti. Sed quia intelligi non põt ꝙ idem numero actus exterior moralis ſit talis mãliter ſumptus ex aliquo fine vt circũſtantia: ⁊ nõ ſit talis formalr ſumptus ex eodẽ fine vt ſpecificante: non .n. ſi quis orat vt furetur intelligi põt ꝙ oratio ſit mala ex furto circũſtãtia: ⁊ oratio vt volita ſit nõ mala ex furto ſpecificante. Et rurſus quia finis vt finis: lʒ adiunctus eſt circũſtantia actus exterioris moralis vt ex ſupradictis pʒ: ⁊ finis vt finis eſt obiectuʒ propriũ voluntatis: ideo dicendũ eſt ꝙ bonitas ex fine ſiue cyrcũſtante: ſiue ſpecificante media voluntate ad exterioreʒ actũ pertinet: ita ꝙ actus exterior nõ habet bonitatẽ ex fine circũſtante niſi dependente a voluntate: ⁊ bonitas ex fine deriuatur in actũ interiorẽ volũtatis ſpecificatiue ⁊ formalr: in actuʒ võ exteriorẽ formalr ſumptuʒ. i. vt ſtat ſub interiori: ſpecificatiue quoqʒ ſed ſecundario: in eundẽ aũt materialiter ſumptuʒ vt adiacẽs circũſtantia. Quũ ergo comparatur bonitas actus exterioris ex fine ad bonitatem euiſdẽ ex genere ⁊ circũſtantijs: intellige ex circũſtantijs manentibus pure circũſtantijs qualis non eſt circũſtantia finis: qꝛ vt ſuperius eſt dictu .n. tranſit in ſpecificans: ⁊ ꝯñter ſubale.

¶ Ad 4ᵐ dubiũ: anteqȝ reſpondeaẽ aduertendũ eſt ꝙ qꝛ querit de diuerſitate bonitatis in ipſo actu voluntatis ex fine ⁊ ex actu volito ſeu obo: ⁊ contra hanc diuerſitatem arguit. Et hec diuerſitas dr̃ ꝯſiſtere in hoc ꝙ bonitas ex fine ineſt voluntati formalr: bonitas aũt ex actu volito ineſt ipſi volũtati denominatiue ꝓꝑ rõnẽ ſupradictaʒ. ſ. qꝛ iter actus bonitas ex fine primo ſaluaẽ in volũtatis actu cuius finis eſt propriuʒ obm: bonitas auteʒ ex materia ⁊ circunſtantijs pᵐo ſaluaẽ in ipſo actu exteriori. Quia ergo hec ſunt cõnexa. primo videtur quare finis bonificat voluntatẽ formaliter: ⁊ act⁹ volitus qui eſt etiam finis: qꝛ obiectũ ⁊ finis reſpectu volũtatis eſt idem. non bonificat ipſaʒ formaliter ſʒ denominatiue. Et ſic deinde formaliter ſatiſfiet qõſito. Dicitur ḡ ꝙ qꝛ: vt in arti° 2° qõnis pcedentis dcm̃ eſt: dr̃ns bonitas act⁹ interioris volũtatis ex obo ⁊ fine ꝑ accñs inueniẽ in eodẽ: iõ bonitas ex fine q ꝯcurrit per ſe ineſt formalr: bonitas aũt ex obo denoiatiue. Sed hec rñſio peccat ſʒ nõ cãm vt cãm: ex hoc .n. ꝙ dr̃ia duaꝝ bonitatũ in actu interiori volũtatis eſt ꝑ accñs: nõ ſeqẽ ꝙ vtraqʒ ſm ſe aut altera iſit denoiatiue eidem: ſtat .n. ꝙ diſtõ earũ ꝯcurrat ꝑ accñs in eodẽ: ⁊ tñ vtraqʒ ſm ſe iſit: ſicut ſtat ꝯcurſuʒ creditoris ⁊ debitoris in eãdẽ plateã eẽ ꝑ accñs ⁊ tñ iter vtriuſqʒ ſm ſe ad illũ locũ eſſe. Dr̃ aliter ꝙ qꝛ actus exterior in caſu poſito nõ ꝯcurrit ſub rõne finis: ſʒ obi: lʒ ſit finis: imo diſtinguiẽ ꝯ̃ fineʒ: quũ dr̃ bonitas ex fine: ⁊ bonitas ex obo: ⁊ ſola bonitas ex fine ſit formalr in voluntate: qꝛ ſola eſt ex ꝓprio obo vt ſic. iõ bonitas in actu iteriori volũtatis ex fine eſt formalr ⁊ ex obo eſt denoiatiue. Et ſm hoc opʒ dicere q qñ act⁹ exterior eſt finis dat bonitateʒ actui interiori formalr: qñ võ eſt obm tñ dat bonitatem iteriori actui denoiatiue. vbi .g. ſi qs vult fornicari nõ ꝓꝑ aliũ adiunctũ finẽ: actus iterior volũtatis erit in ſpẽ fornicatiõis formalr: qꝛ fornicari eſt finis. Si qs võ vult fornicari ꝓꝑ furari: tũc act⁹ iterior volũtatis erit in duabus ſpẽbus. ſ. in ſpẽ furti formalr: in ſpẽ võ fornicatiõis denominatiue: ſʒ qñ ſupius dcm̃ eſt ꝙ volũtas in qdcũqʒ fertur: aut ferẽ ſub rõne finis aut ꝓꝑ finẽ: ⁊ qñ ferẽ in ꝓꝑ finẽ fertur formalr in finẽ: ideo nõ ꝯſonat dicere ꝙ actus exterior in caſu poſito nõ eſt volitus vt finis ſʒ vt obm tñ: opʒ .n. vt finẽ vel ꝓꝑ finẽ eſſe volitum: ſʒ nõ ꝓꝑ fineʒ tñ: qꝛ ẽt ſm ſe ꝓꝑ ꝓpriam bonitatẽ eſt volitus: vnde ⁊ in ꝓpria reponit ſpecie actuʒ interiorem voluntatis: lʒ denominatiue .g. Et ꝯfirmatur qꝛ in 2° arti° precedẽtis qõnis vbi dr̃ ꝙ nõ differt in volũtate bonitas ex fine ⁊ obo: expreſſe obm ipm vocaẽ finis: quũ ſubdr̃ niſi ſicut finis depẽdet ex fine. Aliter ḡ diſtinguẽdo de fine ⁊ ſub fine: ⁊ ꝙ qñ qs vult fornicari vt fureẽ: furtum eſt finis: fornicatio võ ſubfinis: ⁊ ꝙ finis facit actũ interiorẽ formalr talem: ſubfinis aũt denoiatiue. Sed hec rñſio nõ ſatiſfacit: qꝛ ex diſtõne ſubfinis a fine nihil aliud appʒ ſeq niſi q finis pncipalem locuʒ tʒ: ⁊ ſubfinis ſecundariũ: ac per hoc ſi finis bonificat formalr actuʒ interiorẽ volũtatis: quũ ſubfinis claudaẽ ifra latitudinẽ finis: ẽt ipſe bonificabit eũdẽ formalr lʒ ſecũdario. Aliter ergo occurrit dõm. Ad cui⁹ euidentiã nota tria. Primũ eſt ꝙ ſicut ſunt duo gñã

¶ Utrū bonitas ⁊ malitia ſit eadē exterioris ⁊ interioris act⁹.

¶ Articulus. III.

Ad tertiū ſic ꝓcedit. Uidet̄ φ nō eadē ſit bonitas vl' malitia actus interioris volūtatis ⁊ exterioris actus. Actus.n. interioris principium eſt vis anime interior apprehenſiua vel appetitiua. actus autem exterioris principium eſt potentia exequens motum: vbi aūt ſunt diuerſa principia actiōis: ibi ſunt diuerſi actus: actus āt eſt ſubꝫ bonitatis: vel malitie. nō pōt aūt eſſe idē accñs in diuerſis ſubiectis. ergo non pōt eſſe eadē bonitas interioris ⁊ exterioris act⁹. ¶ Preterea. Uirtus eſt q̄ bonū facit hñtem: ⁊ opus eius bonuꝫ reddit: vt dr̄ in.ij.ethi. ſꝫ alia eſt virtus itellectualis in potentia ipante: ⁊ alia virt⁹ moralis in potētia imꝑata. vt pꝫ in principio ethi. ergo alia eſt bonitas act⁹ interioris q̄ eſt potētie ipantis. ⁊ alia ē bonitas act⁹ exterioris q̄ ē potētie ipate. ¶ Preterea. Cā ⁊ effect⁹ idē eē nō pñt: nihil.n. eſt cā ſuiipſi⁹: ſꝫ bonitas act⁹ interioris eſt cā bonitatis act⁹ exterioris: aut ecōuerſo. vt dcm̄ eſt. ergo nō pōt eē eadeꝫ bonitas vtriuſqꝫ. ¶ Sꝫ ↄ̄ ē φ ſupra oñſum ē φ act⁹ volūtatis ſe hꝫ: vt formale ad actū exteriorē: ex formali āt ⁊ mālī fit vnū. ergo ē vna bonitas act⁹ interioris ⁊ exterioris. ¶ Rñdeo dōm φ ſic ſupra dictū ē: actus iterior volūtatis ⁊ act⁹ exterior: ꝓut ↄſiderant̄ in gñe moris ſunt vnus act⁹: ↄtingit āt qñqꝫ actū q eſt vn⁹ ſubo hr̄e plures rōnes bonitatis vl' malitie. ⁊ qñqꝫ vnaꝫ tm̄. Sic ergo dōm φ qñqꝫ eſt eadem

humanoꝝ actuū.ſ.act⁹ iterior voluntatis: ⁊ act⁹ voluntatis exterior: ita dant̄ duo ꝓpa bonificatiua actuū formaliter.ſ.finis ⁊ mā cū circūſtātijs. Et finis qdē vt ſic bonificatiuus eſt iterioris act⁹ volūtatis: ita φ ipſe pmo eſt formaliter bon⁹ ex fine: mā aūt cū circūſtātijs bonificatiua eſt act⁹ exterioris voluntarij: ita φ ipſe p̄ eſt formalr̄ bon⁹ ex mā ⁊ circūſtātijs. 2ᵐ ē φ lꝫ multiplr̄ cōtigat bonitatē dériuari ex vno ī aliud puta ſicut ex fine vel obo ſeu mā circa quaꝫ: vel circumſtantia vel actiōe. In ꝓpoſito 2ᵉ cōtingit bonitatē actus deriuari ī aliū actuꝫ: vno mō vt ſic: ita φ qꝛ talis act⁹ iquātū actus eſt bonus. iō ille ali⁹ actus inquātū act⁹ eſt bonus. Alio mō vt alter eorum vel vterqꝫ iduit rationē finis vel obti cuiuſuis alteri⁹. Dr̄ntia aūtē inter has duas dériuationes eſt: φ prima deriuatio vt diuo Thome placet in calce ſequentis articuli eſt ſm denominationem tantuꝫ: ita φ nec actus exterior ab interiori: nec interior ab exteriori fit bonus formaliter ſed denominatur ideo bonus: qꝛ eſt ab illo aut ad illum. Secunda autem deriuatio quando eſt a fine: qꝛ de alijs nō eſt cura pñs ſm formalem eſt inheſionē bonitatis. vñ quū quis vult fornicari vt furet̄: lꝫ furtū ſit actus exterior: qꝛ tñ ↄcurrit ad actū interioreꝫ voluntatis vt finis qualificat eū formalr̄ ⁊ reponit in ſpē furti formalr̄. Tertiū eſt φ rō finis boni vel mali: ⁊ act⁹ boni vel mali inueniunt̄ ſeparate ⁊ ↄiuncte. Separate qdem: φ.ſ. eſt finis ⁊ nō actus: vt quū quis vult deū eſſe: ⁊ ecōuerſo: φ eſt actus ⁊ nō finis: vt quū qs vult actū indifferentē: puta leuare feſtucā de terra. vel volitū niſi ꝓ finem: vt ꝓiectionē mercium in mari. Coniuncte vō ita φ fini coniungit̄ actus: ſicut quū quis vult fornicari ꝓ furari: furari.n. tunc hꝫ pmo rōneꝫ finis cui ſubſternit̄ act⁹ furandi: vel actui ↄiungit̄ finis ſicut in exemplo poſito fornicari eꝫ pmo rōnē actus cui ↄiungit̄ rō finis: dū nō ſolū ille vult icurrere malū furti: ſꝫ ēt malū fornicatiōis q ꝓ furtū nō incurreret malū inceſtus materni: hoc.n. ſignū eſt φ vult vel horret ēt malitiaꝫ actus talis ſm ſe: qd eſt velle illū vt finē. Ex his aūt dr̄ ad motū dubiū φ ſm o dicens φ finis qualificat formalr̄ actū iterioreꝫ volūtatis: actus aūt exterior denominatiue tm̄ intelligēdus eſt formaliter.ſ. inquātū finis: ⁊ inquātū actus cū quo tñ ſtat φ actus exterior vt finis qualificet volūtatis actū interiorē formalr̄ ſiue actus exterior rōneꝫ hēat finis pncipalis ſiue ſecūdarij. vñ ſicut nō inconuenit φ in exēplo poſito.ſ. quuꝫ qs vult fornicari vt furet̄ φ furti malitia ex genere ⁊ circūſtantijs deriuet̄ formalr̄ in actū interiorē volūtatis inqn̄tū hꝫ rōnē finis: ⁊ nō deriuet̄ in eundē niſi denoiatiue inqn̄tuꝫ hꝫ rōnē actus: ita nō inconuenit φ fornicatiōis malitia ex gñe ⁊ circūſtantijs inquātū hꝫ rationē actus nō deriuet̄ in actū interiorē volūtatis niſi denominatiue ⁊ inquātū hꝫ q̄dā finis rōnē deriuet̄ in eundem formalr̄. Et ſic quum ideꝫ eſt act⁹ ⁊ finis oīno: vt cuꝫ vult quis fornicari non ꝓ aliū finē: tūc act⁹ interior volūtatis ex fornicatiōe vt hꝫ rōneꝫ finis eſt malus formalr̄. Et ex eadē vt hꝫ rōnem actus eſt malus denoiatiue. Stat ergo ſolutio in formali φ actus volitus inquātum actus: ⁊ inquātū finis diſtinguendus eſt: ⁊ φ de ipſo inquātū actus verificat̄ φ aliter bonificat: ⁊ aliter: ⁊ aliunde eſt bonus. Et ſm hoc pꝫ φ nō eodem modo tota bonitas actus exterioris in exequutiōe comparatur ad volūtatē: qꝛ ſola illa que ex fine eſt a volūtate pendet: reliqua.n. a ſe ipſo per voluntatē deſcendit in ſeipſuꝫ in exequutiōe: ⁊ ſic oia ↄſonāt: imo vt in ſequētib⁹ huius qōnis patebit nō vr̄ poſſe ſaluare doctrinā auctoris de idētitate ⁊ diuerſitate: ⁊ de additiōe bonitatis ⁊ malitie act⁹ exterioris ad iteriorē niſi ſic eā itelligēdo. ¶ Arti. III.

In titulo articuli tertij eiuſdē 2ᵉ qōnis: queſtio eſt de idētitate numerali ⁊c̄.

¶ In corpore eiuſdeꝫ articuli aduerte duo. Primū eſt φ duplr̄ aliqua accidentia diſtinguunt̄ numero.ſ. vel ꝓ numeratōeꝫ ſubi vt albedo in ſorte ⁊ platone: vel ꝓ numerationē eēntie: vt albedo ⁊ dulcedo in eodē pomo. Et ꝓpterea lr̄a intendēs φ vtraqꝫ bonitas eſt intus ⁊ vtraqꝫ ex: ⁊ ponēs φ vterqꝫ actus eſt vn⁹ actus in genere moris: vult φ quādoqꝫ ſit vna numeroſitate ſubi ⁊ eēntie: qñqꝫ due numeroſitate eſſentie: nō ſubi: qꝛ vterqꝫ actus eſt vnuꝫ ſubm numero. 2ᵐ eſt φ hinc expreſſe: vt riſio ad 3ᵐ manifeſtat: hēs φ deriuatio bonitatis vel malitie ex actu in actum non eſt formalis ſed denominatiua tm̄. Sꝫ ſunt hic plura dubitatione digna. Primū eſt: ſi actus exterior ⁊ interior ſunt vnus actus ⁊ vnum ſubiectum numero in genere moris. quorſum tanta queſtio de prioritate dependentia ⁊ cauſalitate

bonitas vel malitia interioris actus ⁊ exterioris: qn̄qꝫ alia ⁊ alia. Sicut .n. dictuȝ eſt p̄dicte due bonitates vel malitie. ſ. interioris ⁊ exterioris actus adinuicē ordinant̄: cōtingit aūt in his q̄ ad aliud ordinant̄: ꝙ aliqd ē bonū ex hoc ſoluȝ ꝙ ad aliud ordinat̄: ſicut potio amara ex hoc ſolo eſt bona ꝙ eſt ſanatiua vn̄ nō eſt alia bonitas ſanitatis ⁊ potiōis: ſȝ vna ⁊ eadē. Qn̄qꝫ vero illud qđ ad aliud ordinat̄ hȝ in ſe aliq̄ȝ rōnē boni etiā p̄ter ordinē ad aliud bonum: ſicut medicina ſaporoſa hȝ rōnē boni delectabilis p̄ter hoc ꝙ ē ſanatiua. ❡ Sic ergo dōm ꝙ qn̄ actus exterior ē bonus vel malus ſoluȝ ex ordine ad finem. tunc eſt oīno eadem bonitas ⁊ malitia actus volūtatis que per ſe reſpicit fineȝ ⁊ actus exterioris q̄ reſpicit finē mediāte actu volūtatis. cū aūt actus exterior hȝ bonitatē vel malitiā ſm̄ ſe. ſ. ſm̄ mām vel circūſtātiam: tūc bonitas exterioris act⁹ eſt vna: ⁊ bonitas volūtatis q̄ eſt ex fine eſt alia: ita tn̄ ꝙ bonitas finis ex volūtate redundat in actū exterioreȝ ⁊ bonitas malitie ⁊ circūſtātiaꝝ redundat in actuȝ voluntatis ſicut iaȝ dcm̄ eſt. ❡ Ad primū ḡ dōm ꝙ rō illa ꝓbat ꝙ actus interior ⁊ exterior ſunt diuerſi ſm̄ genus nature: ſed tn̄ ex eis

ſalitate bonitatis ⁊ malitie moralis vnius ab altero: hec enim quuȝ diuerſitatem ſupponant per accidens ad moralem doctrinam ſpectare videntur. Secunduȝ eſt: quia autor diminutus videtur: bonitas enim actus exterioris tripliciter ſe habet ad bonitateȝ actus interioris. Primo vt habēs oīno eandem bonitateȝ: vt potio amara. Secūdo vt habens omnino aliaȝ ſm̄ ſe: vt bene epulari ꝓpter ſanitateȝ. Tertio vt habēs ex ſe: ⁊ nō ex alio fine: vt quum actus exterior ꝓpter ſe eſt volitus: puta contemplatio: vel adulteriuȝ: hic eniȝ terti⁹ modus in lr̄a non ponit̄: ⁊ tn̄ frequētiſſim⁹ eſt duȝ volumus act⁹ v̄tutū vel vitioꝝ non ꝓp aliū fineȝ. Tertiū eſt: qꝛ volūtaria videt̄ doctrina autoris quo ad hoc q̄ deriuatio bonitatis vel malitie actus ab actu non eſt ſm̄ formam vt calidum deriuatur ex calido: ſed ſm̄ denominationem vt ſanū denominatur in alijs a ſano in animali. Quartum eſt circa ipſaȝ concluſionem contra quam arguit Scotus in quol. queſtione .18. tripl'r probando ꝙ non eſt eadem bonitas vel malitia actus interioris ⁊ exterioris. Primo auctoritate Auguſti. 13. de trini. dicētis: ꝙ male volendo miſer eſt: minus tamen eſſet ſi nihil eorum que perperaȝ volunt habere potuiſſet. Secūdo rōne: quia alia eſt integritas requiſitorum ſm̄ rationem rectam ad bonitatem actus interioris: ⁊ alia requiſitoruȝ ad bonitatē actus exterioris. ergo. Tertio etiam rōne: quia nihil eſt cauſa: medium: ⁊ ratio ſui ipſius: ſed actus interior bonus ⁊ exterior bonus ſe habent in bonitate vt cauſa ⁊ cauſatuȝ: vt imediatuȝ ⁊ mediatum ⁊ huiuſmodi. ergo. Quarto arguit contra idē Gregorius de Arimino in libris ſniaꝝ. Actus exterior eſt malus ⁊ non eſt illud malum quod eſt actus interior. ergo ſunt duo mala: probatur minor: quia adulteriuȝ non eſt velle adulterari: nec homicidiuȝ eſt velle hominem occidere: ⁊ ſic de alijs. ſunt ēt apud Capreolū in .4. z. di. p̄mi: multa que vide ibi: ex his .n. ſolutis ſatiſfactū credim⁹.

❡ Ad primum horum dicit̄: ꝙ ſicut in naturalibus quando vnum numero conſtat ex pluribus non per accidens nec fruſtra queritur quid ex quo in alterum redundat: vt pȝ in compoſitis ex materia ⁊ forma: ita in moralibus: lȝ actus imperās ⁊ imperatus ſint vnus numero actus nō vt ſimplex ſed vt cōpoſitus non fruſtra nec per accidens querit̄ quid ex quo procedat.

❡ Ad 2m dr̄ ꝙ hec obiectio teſtatur illaȝ eſſe autoris mentem qu ā in p̄cedēti articulo diximus. ſ. ꝙ diſtinctio bonitatis ex fine ⁊ actu intelligit̄ formalr̄. i. inquātum finis ⁊ inquātum actus: propterea .n. non oportuit tertiuȝ membrum in littera poni: ſed ſub ſcđo membro comprehendit̄: quādocūqꝫ actus exterior eſt ſm̄ ſe bonus. vnde quādo quis vult fornicari non ꝓpter aliū finē: malitia actus interioris ⁊ exterioris eſt alia ⁊ alia non ſpecie ſed numero: ita ꝙ actus interior volūtatis eſt malus formaliter ꝓpria mali᷒ fornicatiōis quaȝ habet ex fornicatōe vt finis: ⁊ act⁹ exterior eſt malus etiā formaliter propria mali᷒ fornicationis quā habet vt actus ex genere ſuo.

❡ Ad 3m dicit̄ ꝙ doctria hec non eſt voluntaria: ſed in littera tangit̄ ei⁹ fundamentuȝ: quia. ſ. quando aliquid dicitur tale ex ordine ad aliud dicit̄ denomiatiue: ⁊ nō oportet dici formaliter. Quod eniȝ habet aliquid i ſe formaliter dicitur tale ſm̄ ſeipſum vt patet inductiue. Cōſtat auteȝ ꝙ actus interior voluntatis dicitur bonus ex actu exteriori in ordine ad ipſuȝ. Dicitur eniȝ velle furari maluȝ: quia eſt ad malum. Et ſimiliter actus exterior dicitur ex actu interiori malus in ordine ad ipſuȝ: dicitur eniȝ actio manus qua furatur mala: quia ordinatur a mala voluntate: vnde quum multiplicare entia ſine neceſſitate non ſit rationabile: ⁊ ordo ſit manifeſtus adinuicē: ⁊ ſufficiat ad ſaluanduȝ eoruȝ bonitates ⁊ malitias ſuperfluū eſt ponere ꝙ etiaȝ ſit deriuatio formalis vt caloris a calore. Et confirmatur quia ſi in deriuatione conditionum huiuſmodi actus ab actu ponat̄ deriuatio formalis oportebit eadeȝ ratione poſtmodū dicere: quū actus vnius virtutis imperatur ab alia: puta fortitudinis a charitate vt in martyribus: ꝙ a charitate in volūtate deriuatur charitas alia in actū exterioreȝ: ⁊ ſimilia que abſurda ſunt. Jace ḡ fundamentuȝ hoc ꝙ deriuatio bonitatis ⁊ malitie: ⁊ talis bonitatis ⁊ talis malitie in actu ab actu vt ſic eſt nō formalis ſȝ denoīatiua ſeu nō per modū vniuocationis: ſȝ attributiōis: ⁊ ex eo illuceſcēt tibi multa moralia: ⁊ h̄ bn̄ nota.

❡ Ad 4m vero dubiuȝ reſpondendo dicit̄ ꝙ ex auctoritate illa Auguſtini nihil aliud dr̄ niſi forte q̄ exterior actus addit ⁊ facit hominem peioreȝ: quod qualiter verum ſit in ſequenti patebit articulo. Prima vero ratio nō concludit vniuerſaliter: ꝙ omnis bonitas exterioris act⁹ ſit alia ab omni bonitate interioris actus ſed q̄ aliqua: quod gratis concedimus: ꝙ ſi de omni eſt intētio oportet probare. Conſtat enim q̄ eadeȝ eſt integritas requiſitoꝝ ad bonitatē ex fine act⁹ volūtatis iterioris ⁊ exterioris: lȝ diſſimiliter ad vtrūqꝫ ſe hēat itegritas illa: vt pȝ quuȝ aliqs vult ꝓp finē aliqd nulla alia rōne moralr̄ bonū niſi ꝓp fineȝ. Et hec loquendo de his actib⁹ in gn̄e moris: lȝ forte ipoſſe ſit in genere nāe eadē vtrīqꝫ conuenire: qđ forte Scotū de-

depl. 2ª aūt ratio eiuſdē ex malo itellectu p̄ōnis noſtrē ꝓcedit. nō.n. dicimus ꝙ eadeʒ numero bonitas ſit cauſa ⁊ cāta: ſʒ dicimus ꝙ ſicut ſanitas vna numero nō diuerſificat̄ in aīali medicina ⁊ vrina. Et cū hoc a ſanitate animalis deriuat̄ ſanitas in vrina ⁊ medicia: ita dicimus ꝙ eadeʒ numero eſt bōitas vtriuſq; actus: ⁊ ꝙ ex altero in alterum deriuat̄ ſm denominationem. vnde cōcedendo ꝙ ideʒ no eſt cauſa: nec rō medicandi ſui ipſius negatur ſequela. ergo alteri⁹ bonitatis: quia ē ſophiſma cōſequētis: oportet dicere. ergo alteri⁹ bonitatis vel proportionis vel attributionis ad ſe. vñ bōitas act⁹ iterioris eſt cā bonitatis exterioris. i. proportionis act⁹ exterioris ad bonitatem interiorem ⁊ econuerſo: ⁊ ſic de alijs attributionib⁹ ſm quas deriuatur denominatio. Ad id ꝙ affert̄ ex Gregorio ſi nō fiat vis i verbis negatur ſequela. nō.n. valet vrina ē ſana ⁊ animal eſt ſanū: ⁊ vrina ſana nō eſt anial ſanū: neq; ecōuerſo: ergo ſūt due ſanitates: q: ſtat numerus habentiū diuerſimode cū vnitate nūerali rei habite: dixi aūt ſi nō fiat vis in v̄bis: q: pōt formari argumentū in adiectiuis ⁊ ſubſtātiuis: ⁊ ſi in his fiat vis iā ſcis ex pma parte ꝙ noīa ſubſtātiua nō plurificant̄ ſine plurificatiōe forme: ſʒ de reb⁹ nunc eſt qō. Pōt quoq; diſtigui minor ⁊ dici ꝙ quū dr̄: ⁊ hoc maluʒ nō eſt illud: mālıter quidē eſt veꝝ: formalr̄ aūt falſuʒ: q: lʒ act⁹ exterior malus nō ſit interior malus: nec ecōuerſo. Malitia tn̄ vnius eſt malitia alterius: ſicut ſanitas animalis eſt ſanitas vrine.

ſic diuerſis ꝯſtituūt vnū in genere moris. vt ſupra dictū eſt. ¶ Ad ſcđ'z dicendū ꝙ ſicut dr̄ in vj. ethi. Virtutes morales ordinant̄ ad ipſos actus virtutū q̄ ſunt q̄ſi fines. prudentia aūt q̄ eſt in rōne ad ea q̄ ſūt ad finē: ⁊ ꝑꝑ hoc requirunt̄ diuerſe virtutes: ſʒ rō recta de ipſo fine virtutū nō hʒ aliā bonitatē q̄ʒ bonitatē virtutis ſm ꝙ bonitas rōnis participat̄ in q̄libet virtute. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ q̄n aliqd ex vno deriuat̄ in alterū ſicut ex cā agēte vniuoca: tūc aliud eſt qđ eſt in vtroq;: ſicut cū calidum calefacit: alius numero eſt calor calefacientis ⁊ calor calefacti: lʒ idem ſpē. Sed q̄n aliquid deriuat̄ ab vno in alterum ſm analogiā vel ꝓportionē: tūc eſt tm̄ vnū nūero: ſicut a ſano qđ eſt in corpore aīalis deriuat̄ ſanū ad medicinam ⁊ vrinā: nec alia ſanitas eſt medicine ⁊ vrine q̄ʒ ſanitas aīalis quā medicina facit ⁊ vrina ſignificat. ⁊ hoc mō a bonitate volūtatis deriuat̄ bonitas act⁹ exterioris: ⁊ ecōuerſo. ſ. ſm ordinē vnius ad alterū.

¶ Utrū actus exterior aliqd addat de bonitate ⁊ malitia ſupra actū interiorē. Arti. IIII.

¶ Articulus. III.

IN riſione ad 2ᵐ eiuſdē tertij articuli aduerte ꝙ q: argumētū tēdebat ad hoc: vt q: due virtutes exigunt̄ ad bonificādū hos duos act⁹ ſingula ſingulis referendo: iō due ēt eēnt eoꝝ bonitates. Quelibet.n. virtus bonificat actū ſuuʒ.

Reſpōdeo ꝓ ꝑtitur radicē: ⁊ intēdit ꝙ nō ꝑꝑ diuerſitatē iter actū interiorē ⁊ exteriorē op⁹ eſt diuerſa virtute. ſ. morali ⁊ intellectuali: ſʒ ꝑꝑ diuerſitatē finis: ⁊ ei⁹ qđ eſt ad finē. nā moralis in fine: intellectualis vero in his q̄ ſunt ad fineʒ ꝑficit. Deinde q: ad quēlibʒ actū virtutis ꝯcurrit bona rō et bon⁹ appetit⁹: quoꝝ pmū ſpectat ad virtutē intellectualeʒ. Scđm ad moralem: et hoc erat materia argumēti. Ideo ſubdit qđ bonitas moralis recte rōnis de ipſo fine virtutum. i. de eodē de quo eſt virtus moralis nō eſt alia a bonitate morali ipſius virtutis moralis: ac ꝑ hoc actus pendens ex recta ratiōe ⁊ recto appetitu nō ꝓpterea habet duas bonitates morales: quomodo aūt ⁊ quare hoc ſit ſubiungitur dicendo ſʒ ꝙ bonitas ratōis participatur in qualibet virtute. i. ideo nō eſt diſtincte bonitas moralis vtriuſq;: quia in qualibet virtute ꝑticipat̄ bonitas rōnis. Et ſcito ꝙ ly bonitas determinās rationem quā dicit̄ bonitas rationis participatur dupliciter intelligi poteſt. Primo in ſe ipſa ratione vt eſt res cuius pars capitur. Et ſic non ſignificat bonitatem moralem formaliter: ſed bonitatē itellectualē formaliter. Rectitudo eni rationis que eius eſt bonitas non morale ſed intellectuale bonuʒ eſt formaliter: primordialiter auteʒ ⁊ cauſaliter bonitas eſt moralis. ſcđo in ipſis participantibus vt eſt pars capta. Et ſic eſt bonitas moralis: immo pars omnis bonitatis moralis ⁊ cauſa in omnibus virtutibus moralibus: quocūq; modo intelligatur hec littera non refert. Semper.n. verū eſt ꝙ nō eſt alia bonitas moralis: ⁊ ꝙ rōne participationis ipſius in quālibet coīcidit virtutē moralē.

AD quartū ſic ꝓcedit̄. Videt̄ ꝙ exterior actus nō addat in bonitate vel malitia ſuper actū interiorē. dicit.n. Chryſo. ſup Matth. Volūtas ē q̄ aut remunerat̄ ꝓ bono: aut ꝯdemnat̄ ꝓ malo. opa aūt teſtimonia ſunt volūtatis. nō ḡ querit deus opa ꝑꝑ ſe: vt ſciat q̄ño iudicet: ſʒ ꝑꝑ alios: vt oēs intelligāt q: iuſtus eſt deus: ſʒ malū vel bonū magis eſt extimādū ſm iudiciū dei q̄ʒ ſm iudiciuʒ hominū. ḡ actus exterior nihil addit ad bonitatē vel malitiaʒ ſup actuʒ interiorē. ¶ Preterea. Una ⁊ eadē ē bonitas interioris ⁊ exterioris act⁹. vt dictū ē. ſʒ augmētū fit ꝑ additionē vni⁹ ad alteꝝ. ḡ act⁹ exterior nō addit i bonitate vel malitia ſup actū iteriorē. ¶ Preterea Tota bōitas creature nihil addit ſupra bonitatē diuinam. q: tota deriuat̄ a bonitate diuina ſʒ bonitas act⁹ exterioris q̄nq; tota deriuat̄ ex bonitate actus interioris: q̄nq; aūt ecōuerſo: vt dictū eſt: nō ḡ vnū eoꝝ addit in bonitate vel malitia ſup alteꝝ. ¶ Sed ꝯ oē agēs intendit cōſequi bonū ⁊ vitare malū. ſi ḡ per actuʒ exteriorem nihil ad

¶ Articulus. IIII.

IN titulo articuli quarti eiuſdem q̄ōnis aduerte: ꝙ hic directe queritur de actu exteriori: vt eſt in rerum natura.

¶ In articulo

¶ In articulo quarto eiuſdem 2° q̄ōnis tripliciter dubi
tatur. primo circa primuʒ membrum .ſ. ꝙ actus exterior
nihil addat bonitatis ſupra actum interiorem quo ad bo
nitateʒ que eſt ex fine. Manifeſte enim contradicit veri
tati: ⁊ ſcdo membro: quoniam ſi quis fornicari vult vt fu
retur: ⁊ deinde
per fornicatio
nem peruenit
ad furtuʒ intē
tum. Certum
eſt ꝙ ſicut iſte
peior eſt fact⁹
fornicando: ita
peior factus ē
furando: furtū
autem eſt act⁹
exterior: ⁊ act⁹
interior volun
tatis eſt ex co
malus malitia
que eſt ex fine.
ergo q̄ ad ma
litiam que eſt
ex fine act⁹ ex
terior addit in
malitia ſupra
malitiaʒ actus
interioris.
¶ Secundum
dubium eſt cir
ca ſcdm mem
brum an volū
tas quātum ex
ſe eſt parata: ſʒ
propter impo
tētiam ceſſans
ab opere ſit ꝑ
fecta ac ſi ope
raretur. Et eſt
ratio dubij: q2
autor vocat eā
perfectā ⁊ con
ſumatam. Et
rurſus ponit in
ea defectū per
fectiōis q̄ eſt ex
actu exteriori.
¶ Tertium du
bium eſt circa
illud quod di
citur. ſ. ꝙ inuo
lūtari⁹ defect⁹
a faciēdo n̄ tol
lit aliqd de p̄mio vel pena: hoc. n. pʒ eē falſum tā apud di
uinū q̄ʒ apud humanū iudiciū. Martyr. n. ſola volūtate
ſitibūda ꝓpter defectū exterioris martyrij ꝑdit aliqd de
p̄mio: quia caret aureola: ⁊ ſimiliter: qui ſimiliter voluit
percutere clericum caret pena excōmunicationis: ⁊ qui
voluit occidere: caret pena mortis. Quarto loco cēnt for
te alterius iudicio adducende obiectiones recitate a Ca
preolo in. 4. 2. diſt. 2ᵃ. Sed quoniā ſolutis his apparebit:
aut ſolutio: aut impertinentia eaꝝ omitto.
¶ Ad euidentiam horuʒ recolito primo ꝙ ſicut ſanum in
vrina non addit aliquid ſanitatis ſupra ſanitateʒ anima
lis: ita bonum ex fine in actu exteriori nihil bonitatis ad
dit ſupra bonū actum interioreʒ voluntatis: ⁊ ratio vtro
biqʒ eſt eadem: quia denominatiuum extrinſecum nihil
forme addit ſupra denominatiuum formale. vnde ex
hoc ꝙ autor poſuit ꝙ bonitas ex fine eſt formaliter in ſo
lo actu interiori: oportet conſequenter dicere ꝙ actus ex
terior nihil bo
nitatis illi⁹ ad
dit: quoniaʒ ta
li bonitate bo
nus eſt q̄ſi ex
trinſeca deno
minatione. Et
quia ſi affirma
tio eſt cauſa af
firmatiōis: ne
gatio erit cau
ſa negationis:
⁊ ecōuerſo. Jō
ſm bonitateʒ
quaʒ habet a
ctus interior vo
lūtatis ex actu
exteriori voli
to: actus exte
rior in rerum
natura: quia ē
formaliter bo
nus tali boni
tate addit ad
bonitateʒ act⁹
interioris non
aliam bonita
tem aut aliuʒ
bonitatis gra
dum: ſed ipſaʒ
eandem boni
tatem apponit
in ſuo ꝑfectiſſi
mo eēndi mo
do ſcʒ formali
ter: ac per hoc
terminat: perfi
cit: ⁊ conſumat
motum volun
tatis in ipſum
ex propria for
ma quaʒ in ſe
⁊ ex ſe habet.
Unde melior
eſt volens ⁊ fa
ciens actuʒ bo
nuʒ q̄ʒ volens
facere ⁊ nō fa
ciēs. Recolito ſecundo ꝙ doctrina hec de bonitate ex fi
ne ⁊ actu intelligitur formaliter. i. inquantum huiuſmo
di: ⁊ videbis ꝙ quādo actus ⁊ finis coincidūt: tunc actus
exterior addit ⁊ non addit ſupra actum interiorem in bo
nitate ⁊ malitia: quia inquātum bonus ex fine: vt ſic non
addit: vt autem bonus ſecunduʒ ſe ſic addit. Et ſecundū
hoc ad primum dubium dicitur qd̄ ille furando fit pro
culdubio peior: nō quia malitie ex fine in volūtate actus
exterior vt malus ex illa aliquid addat. Sed quia illi ma
le voluntati additur actus exterior ſecundum ſe malus
formaliter: veruntamen aduerte hic ꝙ aliud eſt dicere
quod actus exterior nō addit in bonitate ⁊ malitia ex fi

ditur de bonitate vel malitia:
fruſtra q hʒ bonā volūtatē vl'
malā facit opus bonū: aut de
ſiſtit a malo opē: qd̄ eſt incon
ueniens. ¶ Rn̄deo dōm ꝙ ſi
loquamur de bonitate exterio
ris act⁹ q̄ʒ hʒ ex bonitate finis:
tunc actus exterior nihil addit
ad bonitatē: niſi ꝯtingat ipam
voluntatē ſm ſe fieri meliorē
in bonis: vel peiorē in malis:
qd̄ qdem videt̄ poſſe ꝯtingere
tripl'r. Uno mō ſʒ numeꝝ: pu
ta cū aliqs vult aliquid facere
bono fine vel malo: ⁊ tūc qdē
nō facit: poſtmodū aūt vult ⁊
facit: duplicat̄ actus volunta
tis. ⁊ ſic fit duplex bonuʒ vel
duplex malum. Alio mō q̄ʒtū
ad extenſionē: puta cū aliquis
vult facere aliqd bono fine vl'
malo: ⁊ ꝓp aliqd̄ ipedimētuʒ
deſiſtit. alius aūt ꝯtinuat mo
tum voluntatis quouſqʒ ope
ꝑficiat: manifeſtū eſt ꝙ hmōi
volūtas ē diuturnior: in bono
vel malo. ⁊ ſm hoc ē peior vl'
melior. Tertio ſʒ intenſionē.
ſunt. n. qdā actus exteriores q
inquātū ſunt delectabiles vel
penoſi nati ſunt intendere vo
luntatē vel remittere. ꝯſtat āt
ꝙ q̄ʒto volūtas intenſius ten
dit in bonū vel malū: tanto eſt
melior vl' peior. Si aūt loqua
mur de bonitate actus exterio
ris quā hʒ ſm mām: ⁊ debitas
circunſtantias: ſic cōparat̄ ad
volūtatē vt terminus ⁊ finis:
⁊ hoc mō addit ad bonitatem
vel malitiā volūtatis: q2 ois in
clinatio vel motus perficit̄ in
hoc ꝙ cōſequit̄ finem vel attin
git terminū. vn̄ non eſt perfcā
voluntas niſi ſit talis q̄ oppor
tūitate data operetur. Si ꝟo
poſſibilitas deſit volūtate exn̄
te pfcā vt oparet̄ ſi poſſet: de
fectus perfectiōis q̄ eſt ex actu
exteriori ē ſimpl'r inuolūtariū.
Inuolūtariū aūt ſicut nō me
ret̄ penā vel p̄miū in operādo
bonū aut malū: ita nō tollit ali
quid de p̄mio vel de pena ſi
hō inuolūtarie ſimpl'r deficiat
ad faciēduʒ bonū vel malum.
¶ Ad primum ergo dōm ꝙ
Chry. loq̄t qn̄ volūtas hoīs
ē ꝯſumata: ⁊ nō ceſſat̄ ab actu
niſi propter ipotētiā faciendi.
¶ Ad ſcdm dōm ꝙ rō illa ꝓ
cedit de bonitate actus exterio
ris q̄ʒ hʒ a bonitate finis: ſʒ bo
nitas actus exterioris q̄ʒ hʒ ex
mā ⁊ circūſtātijs eſt alia a bo
nitate voluntatis que eſt ex fi
ne: nō aūt alia a bonitate volū
tatis quā hʒ ex ipō actu volito
ſed comparat̄ ad ipſa: vt ratio
⁊ cauſa eius ſicut ſupra dictū
eſt. Et per hoc etiam patet ſo
lutio ad tertium.

ne actui interiori: ⁊ aliud eſt dicere ꝙ finis conſequutus non addit in bonitate ⁊ malitia voluntati bone vel male ex fine. Primum enim docemur in littera. Secundum autem minime: quin potius ex littera habetur oppoſitū huius ſecundi. In ratione ſecundi membri vbi dicitur ꝙ inclinatio ꝑficitur i hoc ꝙ conſequitur finem. Et poteſt confirmari: q2 finis eſt per ſe primo bonus. Et propterea ſi actus exterior inquantum per ſe bonus addit in bonitate: oꝫ ꝙ finis inquātum per ſe primo bonus addat etiā in bonitate: ⁊ hoc ē verum abſque dubio. vñ quū furtū habeat rationem finis eius conſequutio etiam ſi nō eſſet actus adderet i bonitate vel malitia.

¶ Ad 2m dubiū dicitur ꝙ vt ex articu. 4. q. 16. ſuperius pꝫ voluntas poteſt dici ⁊ eē completa dupliciter. Uno modo ſecundū illā habitudinē qua volitum eſt in volūtate. Alio modo ſm illā qua voluntas tendit in realē aſſequutionē voliti: iuxta primum modū ſignificatur perfectio volūtatis per hoc qꝺ eſt velle perfecte: iuxta ſcōm vero per hoc quod eſt habere perfecte: vt ibidem dictum eſt. vnde voluntas parata operari ſi poſſet eſt perfecta voluntas: quia perfecte vult: ⁊ hoc ſpectat ad prime habitudinis perfectionē: ⁊ eſt imperfecta ſimpliciter: quia non peruenit ad hoc ꝙ realiter habeat id quod vult: ⁊ nata eſt habere. Omnis enim motus deficiens a termino eſt imperfectus per priuationē perfectionis in aſſequutione termini conſiſtētis. Et quū prima perfectio ſit alterius rationis a ſcda. Et tota latitudo pme cōparet̄ ad ſecundā vt imperfectū ad perfectū: vt ſuperius pꝫ: conſequens eſt ꝙ quantūcū creſcat ⁊ intenſiſſimus ſit interior actus voluntatis ſolus nūꝗ ꝑueniet ad hoc ꝙ ſit ꝑfectus ſimpliciter ſine aſſequutiōe exterioris: ꝓpter quod ſaluator dixit Joanni. Maiorē charitatē nemo habet ꝗ̄ vt animā ſuā ponat quis pro amicis ſuis: ponat dixit: nō velit ponere.

¶ Utrū euētus ſequēs aliqd addat de bonitate vel malitia ad exteriorē actū. Arti. V.

Ad quintū ſic ꝓcedit̄. Videt̄ ꝙ euentus ſequēs addat ad bonitatē vl̄ malitiā actus. Effectus. n. virtute ꝓexiſtit in cā: ſꝫ euentus conſequunt̄ act⁹ ſicut effectus cās. ergo virtute ꝓexiſtunt in actibus: ſed vnūqꝺ ꝗ ſm ſuā virtutē iudicat̄ bonum vel malū: nā virtus eſt ꝗ̄ bonū facit hñtē: vt dicit̄ in. ij. ethi. ergo euentus addit ad bonitatē vel malitiā actus. ¶ Preterea. Bona que faciunt auditores ſunt effect⁹ qdā ꝯſequētes ex ꝓdicatione doctoris: ſꝫ hmōi bona redundant ad meritū ꝓdicatoris: vt pꝫ per id qꝺ dr̄ Phil. iiij. Fratres mei chariſſimi: ⁊ deſideratiſſimi gaudiū meū: ⁊ corona mea. ergo euētus ſequēs addit ad bonitatē vel malitiā act⁹. ¶ Preterea. Pena nō addit̄ niſi creſcente culpa: vñ dr̄ Deutro. xxv. pro mēſura peccati erit ⁊ plagarū modus: ſꝫ ex euentu ſequente addit̄ ad penā: dicit̄. n. Exoꝺ. xxi. ꝙ ſi bos fuerit cornupeta ab heri ⁊ nudiuſtertius: ⁊ ꝯteſtati ſunt dñm eius: nec recluſit eū: occideritꝙ virū: aut mulierē: ⁊ bos lapidibus obruet̄: ⁊ dñm illius occidant. nō aūt occideret̄ ſi bos nō occidiſſet hoīem ēt nō recluſus. ergo euentus ſequēs addit ad bonitatē vel malitiā act⁹. ¶ Preterea. Si aliquis ingerat cāꝫ mortis percutiendo vel ſniam dādo: ⁊ mors nō ſequat̄: nō cōtrahit̄ irregularitas: ꝯtraheret̄ autē ſi mors ſequeret̄. ergo euētus ſeqnēs addit ad bonitatē vel malitiā actus. ¶ Sꝫ ꝯtra euētus ſequēs nō facit actū malū qui erat bonus: nec bonū qui erat malus: puta ſi aliquis det eleemoſynā pauperi: ꝗ̄ ille abutat̄ ad pctm̄: nihil deperit ei q eleemoſynā facit: ⁊ ſimilr̄ ſi aliquis patienter ferat iniuriā ſibi factā. nō ꝓp hoc excuſat̄ ille qui fecit. ergo euentus ſequēs nō addit ad bonitatē vel malitiam actus. ¶ Reſpōdeo dōꝫ ꝙ euentus ſequens: aut eſt ꝓcogitatus: aut nō. Si eſt ꝓcogitatus: manifeſtū eſt ꝙ addit ad bonitatē vel malitiā: cū. n. aliquis cogitās ꝙ ex opere

¶ Ad 3m dubium dr̄ ꝙ ſicut ſermo preſens eſt de bono ⁊ malo moralr̄ non ſm hanc vel illam legē: ita etiā de premio ⁊ pena ſm exigentiā actus boni vel mali: ⁊ non ſm hanc vel illā legē: niſi forte diuinā. igit̄ diſtinguendū eſt de premio ⁊ pena eſſentiali vel accītali: ⁊ dicendū ꝙ voluntas parata quāuis nō operans ꝓpter impotentiā nihil de premio vel pena perdit eſſentiali: q2 hoc reſpōdet pme proportiōi volūtatis quāuis careat aliꝗ accidētali remuneratione vel pena reſpondēti ipſi exercitio actus exterioris.

¶ Articu. V.

¶ Ad huiꝰ difficultatis euidētiā ponēdus an̄ oculos ē ꝓgreſſus nr̄e mētis in iſtis vt ex eo rōnē dictoꝝ ſumere et reddere valeamus: τ qd ſimplr: τ qd ꝑm qd intelligať diſcernamꝰ. In mēte nr̄a ꝑ oiuȝ eſt ſindereſis: qua nō ſolū oē bonū ꝓſequēdū: τ malū fugiēdū: felicitatē appetēdā: τ miſeriā fugiendā: ſꝫ bonū rōnis ꝓſequēdū: τ malū oppoſitū vitāduȝ iudicamus nālr τ hinc in appetitu τ nālr ineſt nō ſolū iclinatio ad bonū ꝓſequēdū τ malū vitandū: ad btitudinē appetēdā τ miſeriā fugiēdaȝ: ſꝫ ipſecta q̄dā iclinatio ad viuēdū ꝑm rectā rōnē: τ lꝫ ſindereſis ſit ↄ̈tus qꝛ eſt intellˈus ꝑncīᵒʳ: iclinatio tñ hec appeᵗⁱ nō eſt virtus: qꝛ ipſecta eſt. rō aūt q̄re i appetitu nō ē pfecta nālis iclinatio vt ſit ſufficiēs ad ↄ̈tuteȝ ſič i rōne eſt iudicatoriū nāle ſufficiens ad ↄ̈tutē eſt: qꝛ apprehēſio trahit res ad ſe et iudiciū ꝑficiť ꝑm eſſe qð res hn̄t i nobis. appetitꝰ aūt tēdit ad res in ſe τ ꝑficiť i ado ꝓtōe rei. Ex h̄.n.ꝓuenit ꝙ iclinatio ad bonum eget hitu rectificāte electōeȝ i volūtate q̄dē q̄ ad bonuȝ rōnis in opōnib⁹.i. in appeᵗᵘ vō ſenſitiuo q̄ ad bonū rōnis in paſſiōib⁹ q̄ edificať finem τ ipſa ipotēs ad h̄ a rōne virtutis deficiat: luīnē autem mā̄les iudicaꝫ circa ꝑncīᵃ tali adminiculo nō egeat: ſꝫ in ſeipſo manēs recti ſemꝑ ſit ꝑnᵐ actꝰ ꝑfecti q eſt iudicare. ſindereſis igiť in intellcū iudicāte τ ꝓponēte nō ſolū finē vltiᵐ: ſꝫ fines ꝓꝑos ↄ̈tutū moraliū dū i paſſiōib⁹ τ opōnib⁹ ꝑm rōnē viuēdū iudicat: τ appeᵗᵘ ichoatiue inclinato ad hos fines.ſ. bonū rōnis in opōnib⁹: bonū rōnis i timorib⁹: τ audacijs: bonū rōnis i delectatiōib⁹ τč. diſcurrit ex hꝭ ꝑncipijs firmatis i intellᵘ: τ ichoans i appetitu ſubſumēdo aliqð minꝰ vlē: puta abſtinere a delectatōib⁹ venereis rēpublicā defēdēdā τ ↄ̈cludiť modus in delectatōib⁹: τ ſic de alijs. h̄ aūt diſcurſus prudētie gnāliᵘ ē τ ↄ̈clō eiꝰ ē modus i opōnib⁹: ſeu paſſionib⁹ ſuādus: q nil aliud ē: ꝙ̄ meᵐ rōnis in mā̄ morali: ꝑnᵐ aūt eiꝰ ē ſindereſis ex pte apphēſiua: τ nālis icliatio ad bonū rōnis i ↄ̈cupiſcētijs τ delectatōib⁹ ex pte appetitiua: ad hūc ḡqȝ diſcurſum pfectū iudicio.ſ. τ ꝑcepto legē in appeᵗᵘ ↄ̈ electōis q̄.ſ. eligimꝰ delectatiōes i ordine ad modū illū meᵐ illud: bonū illud rōnis: in hac.n.electiōe potes ꝑſpicere filˈtuo ex pte obi.ſ. paſſiōes ipſas modificatas τ modū ipm: τ itueri ꝙ modus ſpectat ad finē moralis ↄ̈tutis qꝛ ē ipm rōnis bonū ꝑticipatū i mā̄ morali: paſſiōes āt ipe ſpectāt ad id qð ē ad finē: vtunť.n.eis virtutes ꝓp bonū rōnis: τ ſič prudētia gnāť frequēti diſcurſu ex fine ſic ꝑfixe τ ↄ̈cludēte meᵐ: ita ↄ̈tus moralis generať ex frequēti electōe ſubſequēte ſimul: genita āt iā vtraqꝫ ↄ̈tus ſic ↄ̈nectiť vt hūana rō nō ſolū ſindereſi: ſꝫ prudētia rectificata de fine ↄ̈tutis illa rectificāte eā ꝯ fune illo abſoˡᵘ alta rectificāte eādē de eodē applicato ad

muꝰ

niēt' vlē q̄ ſit vlē ſinderēſis: vel ēt ad ſingulare: qm̄ prudētia ē ēt ſingulis: ⁊ rurſus mota n̄ ſolū ab appe^tu nāli ſtalis finis ſʒ ꝑfecto v̄tute iclināte in talē finē diſcurrit ad vlteriores ꝯnes donec ꝑueniat ad ꝑfectōeʒ ſtat' v̄tutis: vel ad firm. idū eādē: ⁊ ꝓportiōalr̄ ad eligendū mouet appe'' ꝙ ē progreſſus mētis nr̄e. In q̄ triplicē aduertet' potes diſtōnem. vn̄ clarificari ābigua occurrētia pnt. p^a ē de fine v̄tutis moralis q̄ ſumit z^a .ſ. abſo^te ſeu i ſua cōitate: ⁊ applicare ad ſpāles act' occurrētes in exercitio vite hūane. z^a ē d̄ v̄tutib' moralib': ⁊ prudētia q̄ ſumūt z^a .ſ. i fieri ⁊ i facto eē ſm̄ eēntiā. 3^a ē de dare ⁊ accipe finē q̄ ſumit z^a .ſ. p̄ ⁊ n̄ p̄. Ex his nā q̄ liquet p^o q̄ finis v̄tutis moralis abſo^te pſtituit' p̄ nō a prudentia. ſed a ſinderēſi: ⁊ hoc clarū eſt: q̄ prudentia ex illo fit. z^o q̄ finis idem abſolute nō ꝑus intendit' a virtute morale q̄ ſit prudētia: ⁊ ꝙ clarū ē: q̄ v̄tus moralis nō fit ab illo fine niſi mediāte prudētia. 3° q̄ prudētia i fieri nō depēdet a v̄tute morali: ſʒ ei' fine: ⁊ appe^tu recto illo nāli iclinatiōe q̄ nō ē v̄tus: ſʒ icboatio v̄tutis ⁊ ꝙ clarꝝ ē q̄ itētio recta finis ē p̄n^m prudētie: ⁊ ꝯſtat q̄ an̄ prudētiā nō ē v̄tus moralis. 4° q̄ v̄tus moralis in fieri depēdet nō ſolū a ſinderēſi ⁊ recta itētiōe finis nūc dicta ſed prudētia afferēte finē iueniēdo me^m ꝑus n̄ q̄ ſequat' electio gn̄ans v̄tutē moralē: ⁊ ꝙ clarꝝ ē ex ordie dcō ⁊ diffōne v̄tutis moralis. 5° q̄ ꝯpādo prudētiā ad v̄tutē moralē i fieri ſic ſimp^r verꝝ ē q̄ prudētia dirigat v̄tutē moralē ꝯſtituēdo illi finē nō p̄ ⁊ abſo^te: ſʒ applicādo illū ad ſpālē m̄ām occurrētē: ⁊ ſic v̄ificant' v̄ba autoris hic q̄ ꝓp intentionē medij prudētie ꝯſtitutiōeʒ finis dant: ⁊ nō ꝯdicūt ſuperiorib': nec dictis i z^a z^e q̄ de p^a ꝯſtitutiōe finis: ⁊ de fine abſo^te v̄tutis moralis loquūt'. 6° q̄ ꝯpādo iā genitas prudētiā ⁊ v̄tutē moralē vtraqʒ in facto eē alteri finē applicare ꝓbet diuerſi^de: declāt' ꝙ q̄ ad ſingula: prudētia in p̄mis ꝯſtat me^m morali v̄tuti ſemꝑ oſidere ⁊ ꝯſeruare v̄tutem deīde moralē ꝯſtat finis appetitū rectū facere: ac ꝑ ꝙ prudētie p̄n^m firmare: ex ꝙ āt q̄ appeti^tꝰ v̄tute morali rectificat' ad eligendū ꝯſona bono rōnis: q̄ electio claudit in ſe itentionē: cōſequēs ē vt eadē v̄tute rectificet' ad itendēdū illū finē ēt abſo^te: ita q̄ intentio finis q̄ ꝑus ex ſinderēſi: ⁊ iclinatiōe nāli tm̄ erat recta ex v̄tute morali a prudētia genita fit ⁊ ē recta recte: ⁊ ſic v̄tus moralis in facto eē dat prudētie i facto eē finē abſo^te ⁊ nō eꝯ: ⁊ ꝙ eſt 7^m. Declāt' q̄ nō ē eꝯ: q̄ i ꝑte appꝛhēſiua ſinderēſis ē vir

primū ꝑtinet ad liberalitatē: ſm̄ aūt ad iuſtitiā. g̃ vr̄ q̄ liberalitas ſit maior v̄tus q̄ iuſtitia. ¶ Preterea. Illud vr̄ eē maximū in vnoquoqʒ qd̄ eſt ꝑfectiſſimū in ipo: ſʒ ſic dr̄ Jacobi. j. Patiētia op' ꝑfectum hʒ. g̃ vr̄ q̄ patiētia ſit maior q̄ iuſtitia. ¶ Pretea. Magnanimitas opat' magnū in oib' v̄tutib': vt dicit' in. iiij. ethi. g̃ magnificat ēt ipam iuſtitiā: ē igit' maior q̄ iuſtitia. ¶ Sʒ ꝯ eſt qd̄ phs dic̄ in. v. ethi. q̄ iuſtitia eſt ꝑclariſſima v̄tutum. ¶ Rn̄deo dicēdū: q̄ v̄tus aliq̄ ſm̄ ſuā ſpēʒ pōt dici maior vl̄ minor: vl̄ ſimplr̄: vel ſm̄ qd. Simplr̄ qdē dr̄ maior ſʒ q̄ in ea mai' bonū rōnis relucet: vt .s̄. dcm̄ eſt: ⁊ ſm̄ ꝙ iuſtitia iter oēs v̄tutes mōales ꝑcellit tāq̄ ꝓpinquior rōni: qd̄ pʒ ⁊ ex ſubto ⁊ ex obō: ex ſubto qdē: q̄ eſt in volūtate ſicut in ſubiecto: volūtas āt ē appetit' rōnal': vt ex dicꝭ pʒ: ſm̄ āt obʒ ſiue m̄āʒ: q̄ ē circa opōnes qb' hō ordinat' n̄ ſolū i ſeipo: ſʒ ēt ad alterꝝ. vn̄ iuſtitia ē ꝑclariſſima v̄tutū: vt dr̄ i. v. ethi. Inē alīs āt v̄tutes mōales q̄ ſūt circa paſſiōes tāto i vnaq̄qʒ magis relucʒ rōnis bonū q̄to circa maiora mot' appetitiu' ſubdit' rōni: maximū āt i his q̄ ad hoīeʒ ꝑtinēt ē vita a q̄ oīa alia dependēt: ⁊ iō fortitudo q̄ appetitiuū motū ſbdit rōni in his q̄ ad mortē ⁊ vitā ꝑtinēt primū locū tʒ iter v̄tutes morales q̄ ſunt circa paſſiōes: tn̄ ordinat' īfra iuſtitiā: vn̄ phs dicit in. j. rhetorico. q̄ neceſſe eſt maxi-

tus ſufficiēs re^s finis abſo^te: ⁊ ꝓp ꝙ magis vulgatū ⁊ cantatū ē q̄ v̄tus moralis dat finē prudētie q̄ eꝯ. ex his aūt pʒ q̄uo argu^o ſanſſuat i ꝓpoſito de nobilitate ſʒ v̄itatē ⁊ hāc rōnē: ꝯſiſtit. n. vis arg^u in ꝙ v̄t' finis ē nobilior v̄tute eoꝝ q̄ ſūt ad finē: ſicut hit' p̄n^{pi} ē nobilior hītu ꝯnū: ſʒ v̄tus moralis ē re^u finis: prudētia re^e eoꝝ que ſunt ad finē. g̃ minor: ſiſio lr̄e eſt ad minorē dicēs: q̄ prudētia eſt eoꝝ q̄ ſūt ad finē ⁊ finis: ⁊ iō non ſeqt' q̄ ſit ignobilior: ſic̄ ſequeret' ſi eēt eoꝝ q̄ ſūt ad fineʒ tm̄: ⁊ ꝑ hoc ſoluit' illa ꝯfirmatio de hitu p̄n^{pi}: q̄ .ſ. habitus p̄n^{pi} ē nobilior habitu cōcluſionū tm̄: ſi āt hitu p̄n^{pi}: ⁊ ꝯnū: ſic ē in ꝓpoſito vbi ſm̄ v̄itateʒ vtraqʒ eſt p̄n^{pi} ⁊ ꝯnuʒ. moral' nāqʒ v̄tus eſt finis ⁊ eoꝝ q̄ ſunt ad finem: facit. n. rectā itētiōeʒ ⁊ electōeʒ: ⁊ ſilr̄ prudētia ē finis: ⁊ eoꝝ q̄ ſūt ad finē dū iueniēdo me^m applicat ipʒ rōnis bo^m qd̄ ē finis ad opōnes ⁊ paſſiōes q̄ ſūt ꝓp finē. Et nō q̄ autor nō ſolū intēdit prudētiā eē finis ſʒ ēt dirigere mōales re^e finiū iſinuās alterā rn̄ſionē .ſ. q̄ ad ꝙ q̄ hit' re^e finis ſit nobilior regrit' q̄ ſit ꝑfect' abſqʒ mēdicatiōe ab illo q̄ ē re^e eoꝝ q̄ ſūt ad finē: ſi. n. ab illo ꝑficeret' iā ſub illo eēt: nec eēt idepēdēs: ſic̄ finis idepēdēs ē ab alijs q̄ ſūt ad finē: ſic āt accidit i ꝓpoſito: q̄ ſʒ v̄t' moralis ſit finis ēt abſo^te q̄uo ipſi' nō ē prudētia: ſʒ ſinderēſis attn̄ depēdet i fieri ⁊ eē a prudētia: q̄ ē finis applicatē: et eoꝝ q̄ ſūt ad finē: ⁊ ꝓpca nō ſeqt' q̄ ſit nobilior prudētia. Reliq̄ in z^a z^e tractāda ſūt: vbi rōnes Scoti in 3° ſnia. di. 36. q̄ prudētia ſit re^e finis videbunt': ⁊ q̄re in rōne duab' exttib' v̄tutib' .ſ. ſinderēſi ⁊ prudētia: in appe^tu vna rn̄deat moralis v̄tus re^e finis ⁊ eoꝝ q̄ ſunt ad finē intēdēs ⁊ eligēs. ¶ Arti. IIII.

In ar^o 4° eiuſdē. 66. q. du^m neutrioꝝ occurrit q̄uo fortitudini ꝑferat' iuſti^a: q̄ forti^{do} rectificat circa mortē ⁊ vitā: iuſti^a āt circa opōnes ad alterꝝ nulla nāqʒ opō ē maior ipſa vita: ſʒ pellē ꝓ pelle: ⁊ cūcta q̄ hʒ dabit hō ꝓ aīa ſua: ſʒ ꝙ facile ſoluit': ex eo q̄ iuſti^a rectificādo aiūʒ i oib' opōib' q̄ ſūt ad alterꝝ: rectificat ēt re^a vite ⁊ mortis: ad iuſtitiā. n. ſpectat ponere vitā ꝓ altero: puta ꝓ re publica cū ꝙ oꝝ: nec i cōueit eūdē actū ſpectare ad iuſtitiā ⁊ fortitudineʒ diuerſi mode vt i ꝓpo^{to} ponere vitā inq̄tū hʒ rōnē debiti ſpectat ad iuſtitiā: q̄ ſic dat alia bona debita ita ⁊ vitā: inq̄tū vō hʒ rōnē terribilis ſpectat ad fortitudinē. Cui' ē firmare aiūʒ ne timeat ꝙ ſʒ audeat ⁊ iuſti^a tāto ē nobilior q̄to ꝑlior circa a^{ia} .ſ. ⁊ h^{ie} rectificās i his q̄ ſūt ad alterꝝ.

mas eē ṽtus q̄ ſūt alijs honorātiſſime: ſiqdē
eſt ṽtus potētia bñfactiua: ꝑꝑ hoc fortes ⁊ iu
ſtos maxiē honorāt: hec qdē i bello. ſ. fortitu
do: hec aūt. ſ. iuſtitia ⁊ in bello ⁊ in pace vtilis
eſt: poſt fortitudinē aūt ordinat̄ tēperantia: q̄
ſubijcit rōni appetitū circa ea q̄ imediate ordi-
nant̄ ad vitā: vl' in eodē ſm nūe: vl' i eodē ſ₃
ſpēm. ſ. in cibis ⁊ venereis: ⁊ ſic iſte tres ṽtu-
tes ſil' cū prudētia dr̄ eē pricipāles ēt dignita
te: ſm qd aūt dr̄ aliq̄ ṽtus eſſe maior ſ₃ ꝙ ad-
miniculū vl' ornamētū p̄bet pricipali ṽtuti: ſi
cut ſuba eſt ſimplr' dignior accidēte: aliqd tñ
accñs eſt ſ₃ qd dignius ſuba: iquātū ꝑfic̄ ſubm
in aliquo eſſe accñtali. ¶ Ad primū ḡ dōm: ꝙ
act⁹ liberalitatis op₃ ꝙ fundet̄ ſup actū iuſti-
tie: nō. n. eēt liberalis datio ſi nō de ꝓprio da-
ret: vt in. ij. politicoꝝ dī: vñ liberalitas ſine iu
ſtitia eē nō poſſet q̄ ſecernit ſuū a nō ſuo: iuſti-
tia pōt āt eē ſine liberalitate: vñ iuſtitia ſimplr'
eſt maior liberalitate tan q̄ cōior ⁊ fundamē-
tū ipſi⁹: liberalitas āt eſt ſm qd maior: cū ſit
qdā ornat⁹ iuſtitie ⁊ ſupplemētū ei⁹. ¶ Ad ſe
cūdū dōm: ꝙ patiētia dr̄ hr̄e op⁹ ꝑfectū in to-
lerātia maloꝝ in qb⁹ ñ ſolū excludit iniuſtā vi
dictā: quā₃ ēt excludit iuſtitia: neq₃ ſolū odiū
qd fac̄ charitas: neq₃ ſolū irā qd fac̄ mā ſuetu-
do: ſ₃ ēt excludit triſtitiā iordinatā: q̄ eſt radix
oium p̄dictoꝝ: ⁊ iō in hoc ē ꝑfectior ⁊ maior:
q₂ in hac mā extirpat radicē: nō aūt eſt ſimplr'
ꝑfectior oib⁹ alijs ṽtutib⁹: q₂ fortitudo nō ſo-
lū ſuſtinet moleſtias abſq₃ ꝑturbatiōe: qd eſt
patiētie: ſ₃ ēt ingerit ſe eis cū op⁹ fuerit. vñ qcū
q₃ eſt fortis ē patiēs: ſ₃ nō ꝯuertit̄: ē aūt patiē-
tia q̄dā fortitudis ps. ¶ Ad tertiū dō₃: ꝙ ma
gnanimitas nō pōt eē niſi alijs ṽtutib⁹ p̄exñti-
b⁹: vt dr̄ in. iiij. ethi. vñ ꝯparat̄ ad al's ſic̄ orna
tus earum: ⁊ ſic ſm quid eſt maior omnibus
alijs: non tamen ſimpliciter.

¶ Utꝝ ſapia ſit maxia iter ṽtutes intellu'ales.

¶ Articulus. V.

Ad quītū ſic ꝓcedit̄. Videt̄ ꝙ ſapia nō ſit maxia iter ṽtutes itellu'ales. Imperās. n. mai⁹ eſt eo cui iperat̄: ſ₃ prudentia vr̄ iperare ſapie. Dicit̄. n. in. j. ethi. ꝙ q̄ les diſciplinaꝝ debitū eſt eē in ciuitatibus ⁊ q̄les vnūqdq₃ adiſcere: ⁊ vſq₃ quo hec p̄ordinat. ſ. politica: q̄ ad prudētiā ordiat: vt dr̄ i. vj. ethi. cū igit̄ iter diſciplinas etiā ſapia ꝯtineat̄: vr̄ ꝙ prudētia ſit maior q̄₃ ſapia. ¶ Preterea. De rōne ṽtutis ē ꝙ ordinet hoiem ad felicitatē: eſt. n. virtus diſpō ꝑfecti ad optimu₃: vt dr̄ in vij. phy. ſ₃ prudētia eſt recta rō agibiliū p q̄ hō ad felicitatē ꝑducit̄: ſapia āt nō ꝯſiderat hūa-
nos act⁹: qbus ad btitudinē ꝑuenit̄. ḡ pruden
tia ē maior ṽtus q̄₃ ſapia. ¶ Preterea. Quā-
to cognitio eſt ꝑfectior tāto videt̄ eē maior: ſ₃
ꝑfectiorē cognitionē hr̄e poſſumus de rebus
hūanis de qbus eſt ſcia q̄₃ de rebus diuinis d
qbus eſt ſapia: vt diſtiguit Aug. in. xij. de tri.
Quia diuina incōprehenſibilia ſunt: ſm illud
Iob. xxxvj. Ecce deus magnus vincēs ſciam
nr̄a₃: ḡ ſcia eſt maior ṽtus q̄₃ ſapia. ¶ Prete
rea. Cognitio pricipioꝝ ē dignior q̄₃ cognitio
ꝯcluſionū: ſ₃ ſapia ꝯcludit ex pricipijs idemō-
ſtrabilib⁹: quoꝝ eſt itellus: ſic̄ ⁊ alie ſcie: ḡ in
tellectus ē maior ṽtus q̄₃ ſapia. ¶ Sed ꝯ eſt
qd phs dic̄ i. vj. ethi. ꝙ ſapia eſt ſic̄ caput iter
ṽtutes intellu'ales. ¶ Rñdeo dō₃: ꝙ ſic̄ dc̄m
eſt: magnitudo ṽtutis ſm ſuā ſpēm ꝯſiderat̄
ex obto: obm aūt ſapie p̄cellit inter obta oiu₃
ṽtutū intellu'aliū: ꝯſiderat. n. cām altiſſimā: q̄
deus eſt: vt dr̄ in principio metaph. Et q₂ per
cām iudicat̄ de effectu: ⁊ p cām ſuperiorē de
cauſis inferioribus: inde eſt ꝙ ſapiētia h₃ iudi
ciū de omnibus alijs ṽtutibus intellu'alibus:
⁊ eius eſt ordinare oēs: ⁊ ipſa eſt q̄ſi archite-
ctonica reſpcū omniū. ¶ Ad primū ḡ dō₃: ꝙ
cū prudētia ſit circa res hūanas: ſapiētia vero
circa cām altiſſimā: impoſſibile eſt ꝙ pruden
tia ſit maior virtus q̄₃ ſapiētia: niſi vt dr̄ in. vj.
ethi. Maximū eoꝝ q̄ ſūt in mūdo eēt hō. Uñ
dōm eſt ſic̄ in eo. lib. dr̄: ꝙ prudētia nō impat
ipſi ſapiētie: ſ₃ poti⁹ ecōuerſo: q₂ ſpūalis iudi-
cat oia: ⁊ ipē a nemie iudicat̄ vt dr̄. j. ad Cor.
ij. Nō. n. prudētia h₃ ſe intromittere de altiſſi
mis q̄ ꝯſiderat ſapiētia: ſ₃ impat de his q̄ ordi
nant̄ ad ſapientiā. ſ. quō homines debeant ad
ſapiētia₃ ꝑuenire: vñ in hoc eſt prudentia ſeu
politica miniſtra ſapiētie: introducit. n. ad ea₃
p̄parās ei viā ſic̄ hoſtiarius ad regē. ¶ Ad ſe-
cūdū dō₃: ꝙ prudentia ꝯſiderat ea qbus ꝑue
nit̄ ad felicitatem: ſ₃ ſapiētia ꝯſiderat ipm ob₃
felicitatis: quod eſt altiſſimū intelligibile: ⁊ ſi
qdem eſſet perfecta ꝯſideratio ſapiētie reſpe-
ctu ſui obti: eſſet perfecta felicitas in actu ſa-
pientie: ſ₃ q₂ actus ſapientie in hac vita eſt im-
ꝑfecta reſpectu principalis obti qd eſt deus:
ideo actus ſapientie eſt queda₃ inchoatio ſeu
participatio future felicitatis: ⁊ ſic ꝓpinquus
ſe h₃ ad felicitatem q̄₃ prudentia. ¶ Ad tertiū
dō₃: ꝙ ſicut phs dicit in. j. de anima: vna noti
tia p̄fert̄ alteri: aut ex eo ꝙ ē nobilioꝝ: aut ꝑꝑ
certitudinē.

certitudinē. Si igit̄ ſubta ſint eq̄lia ī bōitate ꝛ nobilitate: illa q̄ ē certior erit maior ꝟtꝰ: ꝫ illa q̄ ē minꝰ certa de altiorib' ꝛ maiorib': pferēt ei q̄ ē magꝭ certa de iferiorib' reb': vñ phs dic̄ in ij. de ce. ꝙ magnū ē ō reb' celeſtib' aliqd poſſe cogſcere ēt ōbili ꝛ topica rōne. Et i. j. ō ptib' aialiū dic̄: ꝙ amabile ē magꝭ puū aliqd cogſcē de reb' nobiliorib' q̄ꝫ mlta cogſcē de reb' ignobiliorib'. Sapia igr̄ ad quā ptiet dei cognitio hoīs maxie ī ſtatu hmꝰ vite nō pōt pfcē aduenire: vt ſit q̄ſi eiꝰ poſſeſſio: ꝫ h̄ ſoliꝰ dei ē: vt dr̄ in. j. metaph. ꝫ tñ illa modica cognitio: q̄ p ſapiētiam de deo hr̄i pōt: oī alij cognitiōi pferē.

C Ad q̄rtū dōz: ꝙ ꝟitas ꝛ cognitio pricipiorū idemr̄abiliū depēdet ex rōne terminoꝝ: cognito. n. qd ē totū: ꝛ qd eſt ps ſtati cogſcit ꝙ oē totū ē maiꝰ ſua pte: cogſcē āt rōnē ētis ꝛ nō entis: ꝛ totiꝰ ꝛ ptis: ꝛ alioꝝ q̄ ꝯueniūt ad ens: ex qb' ſic ex terminis ꝯſtituunē pricipia idemr̄abilia: ptinꝫ ad ſapiāꝫ: qꝛ ens cōe ē ꝓpriꝰ effectꝰ cāe altiſſime. ſ. dei: ꝛ iō ſapia nō ſolū vtit̄ pricipijs idemr̄abilib': quoꝝ ē itellꝰ: ꝯcludēdo ex eis ſicut ēt alie ſcientie: ꝫ ēt iudicādo de eis: ꝛ diſputando ꝯtra negantes: vñ ſequit̄ ꝙ ſapia ſit maior virtus q̄ꝫ intellectus.

C Utꝝ charitas ſit maxia iter ꝟtutes theologicas. C Articulus. VI.

AD ſextū ſic ꝓcedit̄. Ur̄ ꝙ charitas ñ ſit maxia inter virtutes theologicas. Cū. n. fides ſit in itellu: ſpes āt ꝛ charitas ī vi appetitiua: vt. ſ. dcm̄ ē: vr̄ ꝙ fides cōparet̄ ad ſpeꝫ ꝛ charitatē: ſic ꝟtꝰ itellualis ad moraleꝫ: ꝫ ꝟtꝰ itellualis ē maior morali: vt ex dictis pꝫ: ergo fides eſt maior ſpe ꝛ charitate. C Preterea. Q̄ ō ſe hꝫ ex additiōe ad aliō vr̄ eē maiꝰ eo: ꝫ ſpes vt vr̄ ſe hꝫ ex additiōe ad charitatē: pſupponit. n. ſpes amorē: vt Aug. dic̄ i Ench. Addit. n. quēdā motū ꝓtēſiōis in rem amatā. g̃ ſpes ē maior charitate. C Preterea. Cā ē potior effcū: ꝫ fides ꝛ ſpes ſūt cā charitatis. Dr̄. n. Mat. j. i glo. ꝙ fides gnāt ſpeꝫ ꝛ ſpes charitatē. g̃ fides ꝛ ſpes ſūt maiores charitate. C Sꝫ ꝯ eſt qō aplꝯ dic̄. j. ad Cor. xiij. Nūc āt manēt fides: ſpes: charitas tria h̄. maior āt hoꝝ ē charitas. C Rñdeo dōz: ꝙ ſic. ſ. dcm̄ ē: magnitudo ꝟtutꝭ ſꝫ ſuā ſpēꝫ ꝯſiderat̄ ex obto: cū āt tres ꝟtutes theologice reſpiciāt deū ſicꝰ ꝓpriū obm: nō pōt vna eaꝝ dici maior altera ex h̄ ꝙ ſit circa maiꝰ obm: ꝫ ex eo ꝙ vna ſe hꝫ ꝓpinquius ad obm q̄ꝫ alia: ꝛ h̄ mō charitas ē maior alijs: nā alie ipoꝛtāt in ſui rōne q̄ꝫdā diſtātiā ab obto: ē. n. fides de nō viſis: ſpes āt de nō habitis: ꝫ amor charitatis ē de eo qō iā hr̄: ē. n. amatū quodam mō in amāte: ꝛ ēt amās p affectū trahit̄ ad vnionem amati. ꝑꝑ qō dr̄. j. Joā. iiij. Qui manet i charitate in deo manet ꝛ deus in eo. C Ad primū g̃ dicēdū: ꝙ h̄ mō non ſe hñt fides ꝛ ſpes ad charitatē ſic prudētia ad ꝟtutem moralē: ꝛ h̄ ꝑꝑ duo. Primo qdeꝫ qꝛ ꝟtutes theologice hñt obm qō ē ſup aiaꝫ hūanā: ꝫ prudētia ꝛ ꝟtutes morales ſūt circa ea q̄ ſunt ifra hoīeꝫ: i his āt q̄ ſūt ſupra hoīeꝫ nobilior ē dilectio q̄ꝫ cognitio: pficit̄. n. cognitio ſꝫ ꝙ cognita ſūt i cognoſcēte: dilectio ꝟo ſꝫ ꝙ diligēs trahit̄ ad rē dilectā: id āt qō ē ſupra hominē nobiliꝰ ē i ſeipſo q̄ꝫ ſit in hoīe: qꝛ vnūqōq; ē in altero p modū eiꝰ i quo ē: ecōuerſo āt ē i his q̄ ſūt ifra hoīeꝫ. Scdō qꝛ prudētia moderat̄ motꝰ appetitiuos ad morales ꝟtutes ptinētes: ꝫ fides nō moderat̄ motū appetitiuū tēdentem in deū q ptinet ad ꝟtutes theologicas: ꝫ ſolū oñdit obm: motus aūt appetitiuꝰ in obꝫ excedit cognitionē humanam ſm illud ad Eph. iij. Supeminētē ſcie charitatē xp̄i. C Ad ſecūdū dōz: ꝙ ſpes pſupponit amorē eiꝰ qō qs adipiſci ſe ſperat q ē amor ꝯcupiſcētie: quo qdē amore magis ſe amat qui ꝯcupiſcit bonū q̄ꝫ aliqd aliō: charitas āt ipoꝛtat amorē amicitie: ad quā ꝑuenit̄ ſpe: vt. ſ. dcꝫ ē. C Ad tertiū dōz: ꝙ cā pficiens ē potior ſuo effectu: nō aūt cauſa diſponēs: ſic. n. calor ignis eſſet potior q̄ꝫ aīa ad quā diſpōit māꝫ: qō pꝫ eē falſum: ſic autē fides generat ſpem: ꝛ ſpes charitatē ſm. ſ. ꝙ vna diſponit ad alteraꝫ.

C Artic. V.

IN articulo quinto eiuſdē. 66. queſti. in reſpōſione ad q̄rtū nota aureā doctrinaꝫ quare ſapientia ratiōes terminorum maxime vniuerſalium ꝯſiderat vt fit in quito metaphyſice: qꝛ ſcꝫ ens eſt ꝓprius effectꝰ prime cauſe qō in prima pte declaratū eſt: ꝛ quare iudicat ō pricipijs: quia ſcilicet eoꝝ cauſa cōſiderat rationes terminorum: iudiciuꝫ enim rei per illius cauſas fit: iudicat autem ſapiētia de pricipijs ex rationibus terminoruꝫ non tāquā explicans mediuꝫ terminū latentē quo fiat aſſenſus pricipijs aut reddat̄ altera cauſa veritati eoꝝ: ſed tāquā dās eis intrinſeca conſtitutiua eoꝝ rationes ſcilicet terminorum ꝛ in eadem reſoluens illa ꝛc̄. et ꝓpterea defendit illa ex ſumma arte videns.

C Arti. VI.

IN articulo 6 eiuſdē. 66. q. nihil ſcribēdū occurrit niſi ꝙ omnia notanda ſunt.

Qõ. LXVII.

ℭ Articulus. I. In p° ar ti° .q. 67. ſcito nouic° q diſtõ lr̃e de for.li et mãli ñ ẽ ð ipa eẽntia ð/ tutis: tota.n.re maẽt: ſʒ ð actu ei° q ñ remãet refrenãs aut i pellens vel fir mãs paſſióes q̃ ſũt mã ei°: ſʒ pficiẽs appe͠tus ad ſequẽdũ rõ neʒ rectã ppea dr̃ q erũt qdẽ ibi v̓tutes: ſed alio mõ.

ℭ Articu. II. In ar° z° eius dẽʒ.67.q.du͠m p occurrit q̃ pa cto ẽ veꝝ q ſi ſpẽs itelligi͠les ñ cõſeruant̃ in ītel̃u poſt q ſcia nullo° remãe ret: cũ Aui.c° ẽ iſta põ dicat re mãere hilitatẽ ītel̃ad recipiẽ dũ ab ītellĩa agẽte: q̃ p° rece pit z i°babili͠te dr̃ aliqs ſciẽs.

ℭ Ad ħ dr̃ qð autor vt apꝑʒ I z° ȝ Sent.ca. 74. putat Aui cẽnã male pſe cutũ põnẽ ſuã z q hilitas il la ñ ẽ niſi ſpẽs ſint: et ppea ħ ñ ex itẽtiõe il li° opiõis: ſed ex itẽtõe auto ris determiat̃ q ſcia: z virtu tes ītel̃uales nullo° nec for maliter .ſ. nec mãl̃r remane re nec actu.

℞ De duratõe v̓tutũ poſt hãc vitã. ℭ Queſtio. LXVII.

Einde ꝯſiderandũ ẽ de duratiõe v̓tutũ p° hãc vitaȝ. ℭ Et circa ħ q̃runt̃ ſex. Prio vtrũ v̓tutes morales maneãt p° hãc vitã. Secũdo vtꝝ v̓tutes ītel̃uales. Tertio vtrum fides. Quarto vtrũ remaneat ſpes. Quinto vtꝝ mãeat aliqd fidei vl' ſpei. Sexto vtꝝ maneat charitas.

ℭ Utrum v̓tutes morales maneãt poſt hãc vitã. Arti. I.

Ad primũ ſic pcedit̃. Uidet̃ q v̓tutes morales ñ maneãt poſt hãc vitã. Hoies.n.in ſtatu future glie erũt ſiles angelis: vt dr̃ Mat.xxij. ſʒ ridiculum ẽ in ãgelis ponere v̓tutes morales: vt dr̃ i.x.ethi. g̃ neqʒ in hoib° p° hãc vitã erũt v̓tutes morales. ℭ Preťea. Uirtutes morales pficiũt hoieʒ in vita actiua: ſʒ vita actiua ñ manet p° hãc vitã. Dic̃.n. Gre.in vj.moral'. Actiue vite opa cuʒ corpe trãſeũt: g̃ v̓tutes morales nõ manent poſt hãc vitaȝ. ℭ Preterea. Tẽpantia z fortitudo q̃ ſunt v̓tutes morales ſt̃ irrõnabiliũ ptiũ: vt phs dic̃ in.iij.ethi. ſed irrõnabiles ptes aie corrũpũt̃ corrupto corpe: eo q ſt̃ act° organoꝝ corpaliũ g̃ vr̃ q v̓tutes morales ñ maneãt p° hãc vitã. ℭ Sʒ ȝ ẽ qð dr̃ Sap.j. q iuſtitia ppetua ẽ z imortal. ℭ Rñdeo dðʒ: q ſic̃ Aug. dic̃. i.xiiij. de tri. Tullius poſuit poſt hãc vitã q̃ttuor v̓tutes cardinales ñ eẽ: ſʒ i alia vita hoies eẽ btõs ſola cognitiõe nãe: i q̃ nihil ẽ melius aut amabili°: vt Aug. dic̃ ibidẽ: ea .ſ. nã q̃ creauit oẽs nãs. Ipſe ãt poſtea determiat h° q̃ttuor v̓tutes i futura vita exiſtere: tñ alio mõ. Ad cui° euidẽtiã ſciẽdũ ẽ: q i h° v̓tutib° aliqd ẽ formale: z aliqd q̃ſi mãle. Mãle qdẽ ẽ i eis v̓tutib° iclinatio q̃dã ptis appetitiue ad paſſiões vl' opões ſʒ modũ aliquẽ: ſʒ qꝛ iſte mod° determiat̃ a rõne: iõ formale i oib° v̓tutib° ẽ ipe ordo rõnis. Sic igr̃ dðm ẽ q h° v̓tutes morales i futura vita ñ manẽt q̃ꝫtũ ad id qð ẽ mãle i eis: nõ.n. hẽbũt i futura vita locũ ꝯcupiſcẽtie: z delectatões ciboꝝ z venereoꝝ: neqʒ ẽt timores z audacie circa picula mortis: neqʒ ẽt diſtributiões z cõicatiões reꝝ q̃ ꝯueniũt i vſuʒ pñtis vite. Sʒ q̃ꝫtũ ad id qð ẽ formale remanebũt i btis pfectiſſime p° hãc vitã: i q̃tũ rõ vniuſcuiuſqʒ rectiſſima erit circa ea q̃ ad ipʒ ptinẽt ſʒ ſtatũ illũ: z vis appetitiua oĩno mouebit̃ ſm ordinẽ rõnis i his q̃ ad ſtatũ illũ ptinẽt: vñ Aug. ibidẽ dicit: q prudẽtia ibi erit ſine vllo piclo erroris: fortitudo ſine moleſtia tolerãdoꝝ maloꝝ: tpãtia ſine repugnatiõe libidinũ: vt prudẽtie ſit nll'ʒ bonũ deo ppõnẽ vl' eq̃re: fõrtitudis ei firmiſſime cohere͠: tpãtie nullo dfcũ noxio dlectari: ð iuſtitia v̓o maifeſti° ẽ quẽ actũ ibi hẽbit .ſ. eẽ ſubditũ dõ: qꝛ ẽt i hac vita ad iuſtitiã ptinet eẽ ſubditũ ſupiori. ℭ Ad primũ g̃ dðʒ: q phs loq̃t̃ ibi ð h° v̓tutib° moralib° q̃ꝫtũ ad id qð mãle ẽ i eis. ſic̃ ð iuſtitia q̃ꝫtũ ad ꝯmutatiões z diſtributiões: ð fortitudie q̃ꝫtũ ad terribilia z picla: ð tpãtia q̃ꝫtũ ad ꝯcupiſcẽtias prauas. Et ſilr̃ dðʒ ẽ ad ſcðʒ: ea.n. q̃ ſunt actiue vite mãl'r ſe hñt ad v̓tutes. ℭ Ad tertiũ dðʒ: q ſtat° p° hãc vitã ẽ duplex. Un° qdẽ añ reſurrectionẽ: qñ aie erũt a corpib° ſepate. Ali° ãt p° reſurrectionẽ: qñ aie iterato corpib° ſuis vnient̃. In illo g̃ reſurrectiõis ſtatu erũt vires irrõnales i orgãis corpis ſic̃ z nũc ſt̃: vñ z poterit i iraſcibili eẽ fortitudo: z in ꝯcupiſcibili tpãtia: i q̃tũ vtraqʒ vis pfcẽ erit diſpoſita ad obediẽdũ rõni: ſʒ i ſtatu añ reſurrectionẽ ptes irrõnales ñ erũt actu i aĩa: ſʒ ſolũ radicalr̃ i eẽntia ipſi°: vt in.j. dcm̃ ẽ: vñ nec h° v̓tutes erũt i actu niſi i radice .ſ. i rõne z voluntate: i qb° ſt̃ ſemialia q̃dã haꝝ v̓tutũ: vt dcm̃ ẽ: ſʒ iuſtitia q̃ ẽ in volũtate ẽt actu remanebit: vñ ſpãlr̃ de ea dcm̃ eſt: q eſt ppetua z imortalis: tũ rõne ſubi: qꝛ volũtas incorruptibilis ẽ: tũ ẽt pp ſimilitudinẽ act°: vt prius dcm̃ eſt.

ℭ Utꝝ v̓tutes ītel̃uales maneãt p° hãc vitaȝ. Ar. II.

Ad ſcðʒ ſic pcedit̃. Ur̃ q v̓tutes ītel̃uales ñ maneãt p° hãc vitã. Dic̃.n. apl's. i. ad Cor.xiij. q ſcia deſtruet̃. z rõ ẽ: qꝛ ex pte cognoſcim°: ſʒ

ſic cognitio

ſicͭ cognitio ſcie ē ex pte.i.ipſcā: ita ēt cognitio aliaꝝ ꝟtutū itellualiū q̄zdiu hec vita durat: ḡ oēs ꝟtutes itellꝰales poſt hāc vitā ceſſabunt. ¶ Preterea. Phs dicͭ in p̄dicamētis: φ ſcia cū ſit habitus: ē q̄litas difficile mobilis: nō.n. de facili amittiᵗ niſi ex aliq̄ forti trāſmutatiōe vel egritudine: ſꝫ nulla eſt tāta trāſmutatio corpis hūani ſicͭ p mortē: ḡ ſcia ꝛ alie ꝟtutes itellꝰales nō manēt poſt hāc vitā. ¶ Preterea. Uirtutes itellꝰales pficiūt itellectū ad bn̄ opādū ꝓpriū actū: ſꝫ actꝰ itellꝰus nō vr̄ eē poſt hāc vitā: eo φ nihil itelligit aīa ſine fantaſmate: vt dr̄ in.iij. ḋ aīa: fantaſmata āt poſt hāc vitā nō manēt: cū nō ſint niſi i organis corpeis: ḡ ꝟtutes itellꝰales nō manēt poſt hāc vitā. ¶ Sꝫ ꝫ eſt φ firmior eſt cognitio vlīū ꝛ neċioꝝ q̄z pticulariū ꝛ ꝯtingētiū: ſꝫ in hoīe remanet pꝰ hāc vitā cognitio pticulariū ꝛ ꝯtingētiū: puta coꝝ q̄ qs fecit: vel paſſus ē ſm̄ illud Lu.xvj. Recordare q2 recepiſti bona i vita tua ꝛ Lazarꝰ ſilr mala. ḡ m̄lto magis remanet cognitio vliū ꝛ neċioꝝ: q̄ ptinēt ad ſciam ꝛ ad alīs ꝟtutes itellectuales. ¶ Rn̄deo dōm: φ ſicͭ in.j. dcm̄ eſt: qdā poſuerūt φ ſpēs itelligibiles nō pmanēt i itellꝰu poſſibili niſi q̄zdiu actu itelligit: nec ē aliq̄ ꝯſuatio ſpēꝝ ceſſante ꝯſideratiōe actuali niſi in viribꝰ ſenſitiuis: q̄ ſūt actꝰ corpaliū organorū. ſ. imaginatiua ꝛ memoratiua: hmōi āt vires corrūpunᵗ corrupto corpe: ꝛ iō ſm̄ h̄ ſcia nullo mō pꝰ hanc vitā remanebit corpe corrupto: neqꝫ aliq̄ alia itellꝰalis ꝟtus. Sꝫ hec opinio eſt ꝫ ſniam Ariſto. q in.iij. de aīa dicit: φ itellꝰus poſſibilis eſt i actu cū ſit ſingula ſicut ſciēs: cū tn̄ ſit in potētia ad ꝯſiderādū in actu. Eſt ēt ꝫ rōnē: q2 ſpēs itelligibiles recipiunᵗ in itellꝰu poſſibili imobilr̄ ſm̄ modū recipientis: vn̄ ꝛ itellꝰus poſſibilis dr̄ locꝰ ſpēꝝ: q̄ſi ſpēs intelligibiles ꝯſeruans: ſꝫ fantaſmata ad q̄ reſpiciēdo hō itelligit i hac vita: applicādo ad ipās ſpēs itelligibiles: vt i.j. dcm̄ ē: corrupto corpe corrūpunᵗ: vn̄ q̄ztū ad ipā fantaſmata: q̄ ſūt q̄ſi mālia in ꝟtutibꝰ itellꝰalibꝰ: ꝟtutes itellꝰales deſtruunᵗ deſtructo corpe. Sed q̄ztū ad ſpēs itelligibiles: q̄ ſūt in itellꝰu poſſibili ꝟtutes itellectuales manēt: ſpēs āt ſe hn̄t in ꝟtutibꝰ itellectualibꝰ ſicͭ formales: vn̄ itellꝰales ꝟtutes manēt poſt hāc vitā q̄ztū ad id qḋ eſt formale in eis: nō āt q̄ztū ad id qḋ eſt māle: ſicͭ ꝛ de moralibus dictuꝫ eſt. ¶ Ad primum ergo dōm: φ verbum aplī eſt intelligendum q̄ztuꝫ ad id qḋ eſt materiale in ſcientia: ꝛ q̄ztū ad modum itelligēdi: q2. ſ. neqꝫ fantaſmata remanebunt deſtructo corpore: neqꝫ erit vſus ſciētie per cōuerſionem ad fantaſmata. ¶ Ad ſcḋm dōm: φ per egritudinem corrumpiᵗ habitus ſciētie q̄ztum ad id qḋ eſt māle: in eo. ſ. q̄ztum ad fantaſmata: nō autē q̄ztuꝫ ad ſpēs intelligibiles que ſunt in intellectu poſſibili. ¶ Ad tertiuꝫ dōm: φ aīa ſeparata poſt mortē hꝫ aliū modū intelligendi q̄z per ꝯuerſioneꝫ ad fantaſmata: vt in.j. dcm̄ eſt: ꝛ ſic ſcientia manet: nō tn̄ ſm̄ eundem modū operandi: ſicut ꝛ de virtutibꝰ moralibus dcm̄ eſt.

¶ Utrum fides maneat poſt hanc vitam. ¶ Arti. III.

Ad tertiuꝫ ſic ꝓcediᵗ. Uideᵗ φ fides maneat poſt hanc vitā. Nobilior.n. eſt fides q̄z ſcientia: ſed ſcientia manet poſt hanc vitam: vt dcm̄ eſt: ḡ ꝛ fides. ¶ Preterea. Prio ad Cor.iij. diciᵗ. Fundamentum aliud nemo pōt ponere preter id qḋ poſitū eſt: qḋ eſt xp̄s ieſus. i. fides xp̄i ieſu: ſed ſublato fundamento nō remanet id qḋ ſuperedificaᵗ: ergo ſi fides nō remanet poſt hanc vitā nulla alia virtus remaneret. ¶ Preterea. Cognitio fidei ꝛ cognitio glorie differūt ſm̄ perfectum ꝛ imperfectū: ſed cognitio iperfecta poteſt eſſe ſimul cū cognitione perfecta: ſicut in āgelo ſimul pōt eſſe cognitio veſpertina cū cognitione matutina: ꝛ aliquis homo pōt ſimul habere de eadem concluſione ſcientiam p ſyllogiſmuꝫ demonſtratiuū: ꝛ opinionem per ſyllogiſmū dialecticum: ergo etiam fides ſimul eſſe poteſt poſt hanc vitam cum cognitione glorie. ¶ Sed contra eſt quod aplꝰs

¶ Duͣ zͦ in eodē loco occurrit. q̄re autor ḋ ꝟtutū itellectualiuꝫ duratiōe tractās earū eſſentias tacet: ꝛ de principys earū: q̄ ſūt ſpēs itelligibiles et fantaſmata tractat. iam.n. oñſuꝫ ē φ ꝟtutes itellectuales effectꝰ ſunt ſpēꝝ itelligibiꝰ ꝛ nō ſpēs ipe. ¶ Ad h̄ dr̄ zͦ. p q2 doctrina tāto certior ē: q̄to vlior ꝛ rēotior ab opinionibus: iō autor ꝓtermiſſis opinionibꝰ de eē bitus ad radicē acceſſit ſpecies. ſ. intelligibiles: q̄ ſunt pͦ entia i itellcū: vt ex illis remanētibꝰ ꝟtutes itellꝰales ꝯcluderet remāere fōmaliter: ſunt.n. p̄nͦ formalia oīs itellectiōis: cū oīs intellectio ſit ab itelleͧ in actu p ſpēꝫ itelligibilē. zͦ dr̄ φ autor minꝰ dicͭ ꝛ plꝰ itēdit. nā p ſpēs itelligibiles intelligat ipās: ꝛ quicqd ſe tꝫ ex pte ipſaꝝ: ſiue ſit ordiatio eaꝝ: ſiue ſit hilitas ad vtēdū eis: ſiue quodcūqꝫ aliud: totū enī hoc in virtutibus itellectualibus tenet ſe ex pte formalis ꝛ fantaſmata cū ptinētibꝰ ad ea ex parte mālis: rōnabile ē āt ſic exponere hūc locū: quoniaꝫ q̄ſtio

eſt de ꝟtutib⁹ in anima vt ſeparat̃ a corpore: ac ꝑ hoc gēqd ſe tȝ ex pte aie cōputat̃ ꝓ vno ⁊ formali: qcquid aūt ex pte corporis ꝓ alio vno ⁊ mālī noīant: aūt tolū illud formale a ſpeciebus itelligibilibus: vtpote termorib⁹ ꝑoribus ⁊ formalioꝛib⁹ ſm ſuū genus.

Articu. III.

In articulo 3° eiuſdē.q.67. du^m ē an fides ⁊ ſcia de eodē ſtent ſīml'i eodē: ſȝ qm̃ h̄ exꝓpoſito q̄ref i p^a.q.z^a z^e.iō h̄ ptranſeo: q2 tn̄ hic funda^{ta} iacunt̃ ꝓ itelle^u termioꝛū. duo notanda ſunt. p^m q2 eſt p^{us} articulus de fide: ⁊ ſequēs de ſpe directe loquunt̃ de acti b⁹ fidei ⁊ ſpei: ⁊ nō de hītib⁹ 5us nāqȝ arti^o cō ſumans autoꝛ qōnē de fidei ⁊ ſpei duratōe de hitus duratōe ōtermiat qd ſentiendū: vt ibi patebit: q̄ igr̃ de fide ⁊ ſpe in his duobus legis articulis ad actus eaꝝ refer. z^m ē q2 quū dr̃ q2 fides ipōtat iꝑfectionē ex pte ſubti: poſſȝ hn̄ ⁊ male itelligi vel nō itelligi: ⁊ ꝯñr erra re i pncipijs. ſi

dic̃.ij.ad Coꝛ.v. Q̄diu ſum⁹ in coꝛpe ꝑegrinamur a dn̄o: ꝑ fidē.n.ambulam⁹ ⁊ nō ꝑ ſpēȝ ſed illi q ſunt in glia nō ꝑegrināt̃ a dn̄o ſȝ ſūt ei pn̄tes. ḡ fides nō manet poſt hāc vitā in glia. ¶ Rn̄deo dr̄ȝ: q2 oppoſitio eſt ꝑ ſe ⁊ ꝓpꝛia cā q2 vnū excludat̃ ab alio: inquātū.ſ.in oib⁹ oppoſitis icludit̃ oppoſitio affirmatiōis ⁊ negatiōis. Inuenit̃ aūt in q̄buſdā oppoſitio ſȝ ꝯrias formas: ſic̃ in coloꝛib⁹ albū ⁊ nigrū: in q̄buſdā aūt ſm ꝑfectū ⁊ iperfectū: vn̄ in alterationib⁹ magis ⁊ min⁹ accipiunt̃ vt ꝯria: vt cū de minus calido fit magis calīn: vt dr̃ in.v.phyſi. Et q2 ꝑfectū ⁊ impfectū opponunt̃: ipoſſibile eſt q2 ſil' ſm idē ſit ꝑfectio ⁊ impfectiō. Eſt aūt ꝯſiderādū q2 impfectio q̄deȝ qn̄qȝ eſt de rōne rei: ⁊ ptinet ad ſpēȝ ipi⁹: ſic̃ defectus rōnis ptinet ad rōnem ſpēi eq vel bouis. Et q2 vnū ⁊ idē numero manēs nō pōt trāſferri de vna ſpē in aliā inde eſt q2 tali impfectiōe ſublata tollit̃ ſpēs rei. ſic̃ iā nō eēt bos vel equus ſi eſſet rōnalis: qn̄qȝ ꝟo ipfectio nō ptinet ad rōnē ſpēi: ſȝ accidit indiuiduo ſȝ aliquid aliud: ſic̃ alicui hoī qn̄qȝ accidit defect⁹ rōnis inquātū ipedit̃ in eo rōnis vſus ꝑꝑ ſomnū vel ebrietatē vl' aliqd hmōi. Patȝ āt q2 tali ipfectiōe remota nihilomin⁹ ſuba rei remanet. Manifeſtū ē aūt q2 impfectio cognitiōis eſt de rōne fidei: ponit̃.n. in eius diffinitiōe. fides.n. eſt ſuba ſperādaꝝ reꝝ argumētū nō apparētiū: vt dr̃ ad Heb.xj. Et Aug. dic̃. Quid ē fides? credere qð nō vides: q2 āt cognitio ſit ſine apparitiōe vl' viſione hoc ad ipfectionē cognitōis ptinet: ⁊ ſic ipfectio cognitiōis ē de rōne fidei. vn̄ māifeſtū ē q2 fides nō pōt eē ꝑfecta cognitio eadē nūero manēs. Sed vlteri⁹ cōſiderādū eſt vtrū ſil' poſſit eē cū cognitiōe ꝑfecta: nihil.n. ꝓhibet aliq̄ȝ cognitionē ipfectā ſil' eē aliqn̄ cū cognitiōe pfcā. Eſt igr̃ ꝯſiderādū q2 cognitio pōt eē ipfecta tripl'r. Uno mō ex pte obti cognoſcibilis: alio mō ex pte medij: tertio mō ex pte ſubti. Ex pte q̄dē obti cognoſcibilis dr̄nt ſm pfectuȝ ⁊ ipfectuȝ cognitio matutina ⁊ veſpertina in āgelis: nā cognitio matutina ē de reb⁹ ſȝ q2 hn̄t eē i ꝟbo: cognitio āt veſptina ē de eis ſȝ q2 hn̄t eē i ꝓpꝛia nā: qð ē ipfectuȝ reſpcū pꝛimi eē. Ex pte ꝟo medij dr̄nt ſm pfectū ⁊ ipfectū cognitio q̄ ē ꝑ aliq̄ ꝯcluſione ꝑ mediū demſ̃atiuū ⁊ ꝑ mediū ꝓbabile. Ex pte ꝟo ſubti dr̄nt ſȝ pfectū ⁊ iꝑfectū opio: fides ⁊ ſcia: nā ꝺ rōne opionis eſt q2 accipiat̃ vnū cū formidine alterius oppoſiti. vn̄ nō hȝ firmā inheſionē: de rōne ꝟo ſcie eſt q2 hēat firmā ihēſionē cū viſiōe itellectiua: hȝ.n. certitudinē ꝓcedētem ex itell'u pꝛincipioꝝ: fides āt medio mō ſe hȝ: excedit eni opinionē in h̄ q2 hȝ firmā ihēſionē: deficit ꝟo a ſcia in eo q2 nō hȝ viſionē. Manifeſtuȝ ē āt q2 pfectū ⁊ ipfectuȝ nō pn̄t ſil' eē ſm idē: ſȝ ea q̄ differūt ſȝ pfectū ⁊ ipfectū ſm aliqd idē pn̄t eē i aliquo alio eodē. Sic igr̃ cognitio pfecta ⁊ ipfcā ex pte obti nullo mō pn̄t eē de eodē obto: pn̄t tn̄ ꝯuenire de eodē medio ⁊ in eodē ſubto: nihil.n. ꝓhibet q2 vn⁹ hō ſil' ⁊ ſemel ꝑ vnū ⁊ idē mediuȝ hēat cognitionē de duob⁹: quoꝛuȝ vnū eſt pfectū ⁊ aliō ipfectū: ſic̃ de ſanitate ⁊ egritudine: ⁊ bono ⁊ malo. Similr̄ ēt ipoſſibile eſt q2 cognitio perfecta ⁊ impfecta ex parte medij ꝯue

goi.a. itelligat eā dicere ipfectionēȝ ex pte ſubti: q2 ponit actuȝ ipfectū: ſeu diminutū i ſubo errat.nā cognitio ꝑ medium ꝓbabile alicui⁹ ꝯcloīs ōmſ̃abil: pōt ēt actū impfectū: ſeu diminutū i ſubo: ⁊ tn̄ nō ē fides: nec icōpolis ſcie: ſtat.n. cuȝ ſcia euiſdē in eodē ſubo: vt in lr̄a dr̃: nō ē igr̃ ſermo q2 hitus fidei icliat ſubȝ i actū ipfectū vt multi vidētur itelligere: ꝯtrius.n. h̄ veꝝ ſit ꝺ actu ⁊ habitu fidei: n̄ tn̄ h̄ ē itentū: hec ipfectio ē cōis ſibi ⁊ opioni ⁊ cognitiōi ꝓbabili: ſmo autē p^{us} eſt de impfectiōe ꝓpꝛia fidei q̄ diſtinguit̃ ab alijs: et dicit̃ q2 tȝ ſe ex pte ſubiecti. Rurſus ſm hoc dr̄ntia ſm perfectū ⁊ imperfectū ex pte ſubti eſſet ſm quid ⁊ nō ſimplr̄: qm̄ ex hoc nō habet̃ q2 ſubm abſolute nō videat illud creditū: ſȝ q2 ſubiectuȝ inquātū ē ſub illo habitu vel actu nō videt illud creditūȝ vt pȝ: in lr̄a āt dr̃ q2 fides opinio ⁊ ſcia dr̄nt ſm perfectū ⁊ imperfectū ex parte ſubti: ita q2 credēs non videt id quod credit̃: qð ideȝ ē ac ſi diceret ex pte

ex pte ſubi ſim
plr: ⁊ abſo^lte. Ad
intelligendū ģ
quo ex pte ſub
iecti abſo^te p/
pria ipfectio fi
dei ſit ſcito q
fides dr̄ imp/
fecta ex parte
ſubi: q2 conſti/
tuit ſubꝫ abſo/
lute in eē ipfe/
cto: ſeu qd̓ i idē
ſdit: exigit ſub
iectū abſo^le ip
fectū: ⁊ ē ſm̄o
de ipfecto pua
tiue ita q pōit
ſubꝫ abſo^le pri
uatuꝫ viſiōe il
li^9 qd̓ credit̄: ⁊
eſt ſile de iſtis
actib^9 ⁊ motu:
ita q ſic mot^9
ex hoc ipſo qd̓
ſeſt alicui ꝯſti/
tuit ipꝫ in eſſe
potētiali reſpe
ctu termini: ac
p hͦ in puatōe
actuali termi/
ni: ita credeř ⁊
ſpare ꝯſtituūt
ſubā i puatōe
crediti ⁊ ſpati:
et ſicut mot^9 ē
act^9 entis i po^a
vt ſic: ita fides
eſt aſſenſus de
termiat^9 nō vi
dentis vt ſic ⁊
ſpes eſt appe^{tus}
nō būtis vt ſic:
⁊ ꝑpea iportat
ipfectōeꝫ ſubi
nō ſm̄ qd: ſed
ſimp^r: nō p ac
cidēs: iꝫ p ſe: et
ꝑpea ſic mot^9
non ſtat cū ter
mio excluden/
te priuationeꝫ
ei^9: ita nec ſpes
ſtat cuꝫ ei^9 ter/
mio: vt i arti^o
4.º dicitur: nec
fides ſtat cum
viſiōe: quia v/
trobiqꝫ exclu/
dit̄ puatiua i
perfectio ſubi:
quaꝫ vtrqꝫ a/
ct^9 ſubalr̄ ſibi
vēdicabat vt i
lr̄a dr̄: et huic

niant in vno medio: ꝫ nihil ꝓ/
hibet qn ꝯueniāt in vno obto:
⁊ in vno ſubto: pōt.n. vn^9 hō
cognoſcere eandē ꝯcluſioneꝫ
per mediū ꝓbabile ⁊ demon
ſtratiuū. Et eſt ſilr̄ ipoſſibile
q cognitio ꝑfecta ⁊ imꝑfecta
ex pte ſubti ſint ſimul in codeꝫ
ſubto: fides aūt in ſui rōne hꝫ
imꝑfectionē: q̄ eſt ex pte ſubi:
vt. ſ. credens non videat id qd̓
credit: beatitudo āt de ſui rō/
ne hꝫ ꝑfectiōeꝫ ex pte ſubti: vt
. ſ. beatus videat id quo beati/
ficat̄: vt. ē. dcm̄ eſt. Unde ma
nifeſtuꝫ eſt qd̓ ipoſſibile eſt q
fides maneat ſimul cū btitudi
ne in codē ſubo. ¶ Ad primū
ergo dōꝫ: q fides eſt nobilior
q̄ ſcia ex pte obti: q2 eius obꝫ
eſt veritas prima: ꝫ ſcia hꝫ ꝑ/
fectiorē modū cognoſcendi: q
nō repugnat ꝑfectioni btitudi
nis. ſ. viſiōi: ſicut repugnat ei
modus fidei. ¶ Ad ſcdꝫ dōꝫ
q fides eſt fundamētū q̄tum
ad id qd̓ hꝫ de cognitiōe: ⁊ iō
qn̄ ꝑficiet̄ cognitio erit ꝑfecti^9
fundamētū. ¶ Ad tertiuꝫ pꝫ
ſolutio ex his q̄ ſupra dcā ſūt.
¶ Utꝝ ſpes maneat poſt mor
tē in ſtatu glie. Arti. IIII.

Ad quartū ſic ꝓcedit̄.
Uī q ſpes maneat
poſt morteꝫ in ſtatu
glie. Spes eni nobi/
liori mō ꝑficit appetitū huma
nū q̄ ṽtutes morales: ꝫ ṽtu/
tes morales manēt p^9 hāc vi/
tā: vt pꝫ p Aug. in. xiiij. de tri.
ģ multo mag ſpes. ¶ Prete/
rea. Spei opponit̄ timor: ꝫ ti
mor manet p^9 hanc vitā: ⁊ in
btis qdē timor filial' q manet
in ſclm: ⁊ i dānatis timor pe
naꝝ. ģ ſpes pari rōne pōt ꝑma
nere. ¶ Preterea. Sic̄ ſpes ē
futuri boni: ita ⁊ deſideriū: ꝫ
in btis ē deſideriū futuri boni:
⁊ q̄tū ad gloriā corporis quā
aie beatorū deſiderāt: vt dicit

Aug. xij. ſup Gen. ad lr̄am: ⁊
ēt q̄tuꝫ ad gloriā aie ſm̄ illud
Eccl'. xxiiij. Qui edūt me ad/
huc eſurient: ⁊ q bibūt me ad/
huc ſitient. Et. i. Pe. j. dr̄. In
quē ꝯſiderāt angeli ꝓſpicere.
ģ videt̄ q poſſit eſſe ſpes poſt
hāc vitā in beatis. ¶ Sed cō/
tra eſt qd̓ apl's dicit Ro. viij.
Qd̓ videt qs qd ſperat. ꝫ bti
vidēt id qd̓ ē obm ſpei. ſ. deū.
ģ nō ſperāt. ¶ Rn̄deo dōm:
q ſicut dcm̄ eſt: id qd̓ de rōne
ſui iportat imꝑfectionē ſubti:
nō pōt ſimul ſtare cum ſubto
oppoſita ꝑfectione ꝑfecto: ſi/
cut pꝫ q motus in ratione ſui
importat imperfectionē ſubti
eſt. n. actus exiſtentis in potē/
tia inquantum hmōi. vnde qn̄
illa potentia reducit̄ ad actuꝫ:
iaꝫ ceſſat motus: nō. n. adhuc
albat̄ poſtq̄ iaꝫ aliquid factū
eſt album: ſpes autē importat
motū quēdam in id qd̓ nō ha/
bet̄: vt pꝫ ex his que ſupra de
paſſione ſpei diximus: ⁊ iō qn̄
habet̄ id qd̓ ſperatur. ſ. diuina
fruitio: iā ſpes eſſe nō poterit.
¶ Ad primū ģ dōm: q ſpes
eſt nobilior ṽtutibus morali/
bus q̄tū ad obꝫ qd̓ eſt deus:
ſed actus virtutum moraliuꝫ
nō repugnat ꝑfectioni beatitu
dinis: ſicut actus ſpei: niſi for
te rōne māe: hꝫ quā nō manēt
nō. n. ṽtus moralis ꝑficit ap/
petitum ſolū in id qd̓ nōdū ha
bet̄: ſed etiam circa id qd̓ p̄ſen
tialiter habet̄. ¶ Ad ſcdm di/
cendū: q timor eſt duplex: ſer
uilis ⁊ filialis: vt infra dicet̄.
Seruilis qdē eſt timor pene:
q nō poterit eſſe in gloria nulla
poſſibilitate ad penā remanē/
te. Timor ṽo filialis hꝫ duos
actus. ſ. revereri deū: ⁊ quātū
ad hunc actū manet: ⁊ timere
ſeparationē ab ipſo: ⁊ q̄tum
ad hunc actū nō manet: ſepa/
rari. n. a deo hꝫ rōnē mali: nul

ſenſui atteſta/
tur lr̄a de ꝑfe/
ctiōe ⁊ imꝑfe/
ctiōe ex parte
obti: ⁊ ex parte
medij: ſic. n. ꝑ/
fectio vel ipfe
ctio ꝓprij obti
cōſtituit cogni
tionē ꝑfectam
vl' ipfectā obi/
ue: ⁊ ſilr̄ perfe/
ctio vel imꝑfe
ctio ex pte pro
prij medij ꝯſti
tuit ꝑfectā vel
ipfectaꝫ cogni
tionē ſꝫ me^m:
ita ipfectio vl'
ꝑfectio ꝓprij
ſubi abſo^{te} ꝯſti
tuit cognitōeꝫ
ꝑfectā vl ipfe/
ctā ex pte ſubi:
nec mireris ſi
dico ſubꝫ ipfe/
ctū ꝯſtituere:
cognitiōeꝫ im
perfectam cuꝫ
prius dixerim
cognitōeꝫ ipfe
ctā hō ꝯſtitue/
re ſubꝫ i eē ip/
fecto: merito
q cāe ſunt ſibi
inuicē cāe: ⁊ q
ſic mot^9 ꝯſtitu
it ſē male ſubꝫ
in eē: ſic actu. ⁊
ſic in po^a: ita ⁊
eꝯ ſubm ſic a/
ctu: ⁊ ſic in po^a
conſtituit ſubi
ue: ſeu mālit̄er
motū in eē ip/
fecto. ſilr̄. n. ac
cidit i ꝓpo^{to}: et
hanc doctrinā
bn̄ notato: qm̄
ex ea hēs ſolo
nem ad oia op
poſita: ⁊ q̄re fi
des opio ⁊ ſcia
de codeꝫ ſunt
ſpoſes in codē
ex q̄ qd ē coꝝ:
⁊ hͦ ſint ꝓ arti^o
3.º ⁊ 4.º ⁊c̄.
¶ In rn̄ſiōe ad
2^m ⁊ 3^m ſ' articu
li du^m occurrit
ſimp^r: ⁊ ad ho/
mieꝫ autorē. ſ.
an hit^9 fidei: ⁊
ſilr̄ ſpei ceſſet:

lum aũt malũ ibi timebiť ſm illud ꝓuer.j. Abundantia perfruet̃ maloꝝ timore ſublato. Timor aũt opponiť ſpei ꝑ oppoſitionē boni ⁊ mali: vt.ſ. dcm̃ eſt: ⁊ ideo timor qui remanet in gloria nõ opponitur ſpei: in dãnatis aũt magis põt eſſe timor pene q̃ȝ in btis ſpes glorie: qꝛ in dãnatis erit ſucceſſio penaꝝ: ⁊ ſic remanet ibi rõ futuri qḋ eſt obȝ ſpei: ſed gloria ſanctoꝝ eſt abſq̃ ſucceſſione ſm quãdã eternitatis participationē: in qua nõ eſt p̃teritũ ⁊ futurũ: ſed ſolũ pñs: ⁊ tñ nec etiã in dãnatis eſt ꝓprie timor: nã ſicut ſupra dcm̃ eſt: timor nunq̃ȝ eſt ſine aliqua ſpe euaſiõis: que oĩo in dãnatis non erit: vñ nec timor niſi cõiter loquẽdo ſꝫ q̄ quelibet expectatio mali futuri dr̃ timor.

¶ Ad tertiũ dcõm: q̄ q̃ſtũ ad gloriã aïe nõ põt eſſe in beatis deſideriũ ſm q̄ reſpicit futurum rõne iam dicta: diciť aũt ibi eẽ eſuries ⁊ ſitis per remotionē faſtidij: eadẽ rõne diciť eſſe deſideriũ in angelis. Reſpectu aũt glorie corporis in aïabus ſanctoꝝ põt qdẽ eẽ deſideriũ: nõ tñ ſpes proprie loquẽdo: neq̃ȝ ſꝫ q̄ ſpes eſt virtus theologica: ſic.n. eiꝰ obm eſt deus: nõ aũt aliqḋ bonuȝ creatũ: neq̃ȝ ſꝫ q̄ cõiter ſumiť: qꝛ obm ſpei eſt arduum. vt.ſ. dcm̃ eſt: bonuȝ aũt cuius iam ineuitabilem cãm bȝ nõ cõparatur ad nos in rõne ardui: vñ nõ proprie diciť aliquis qui bȝ argentũ ſperare ſe habiturum aliquid qḋ ſtatiȝ in ptãte eius eſt vt emat ⁊ ſimilr̃ illi qui habent gloriã aïe non ꝓprie dñr ſperare gloriam corporis: ſed ſolum deſiderare.

¶ Utrũ aliquid fidei vel ſpei remaneat in glia. Arti. V.

AD qntũ ſic ꝓcediť. Videť q̄ aliqd fidei vel ſpei remaneat in glia. Remoto.n. q̄ ẽ ꝓpriũ: remanet id qḋ eſt cõe ſicut dr̃ in li. de cauſis: q̄ remoto rõnali remanet viuũ: ⁊ remoto viuo remanet ens: ſꝫ in fide eſt aliqd qḋ bȝ cõe cũ btitudine.ſ. ipa cognitio: aliqd aũt qḋ eſt ſibi ꝓpriũ.ſ. enigma: eſt.n. fides cognitio enigmatica: ḡ remoto enigmate fidei adhuc remanet ipſa cognitio fidei. ¶ Preterea. Fides ẽ qḋ daȝ ſpũale lumẽ aïe ſm illud Eph.j. Illuminatos oculos cordis nr̃i in agnitionē dei: ſꝫ hoc lumẽ eſt impfectũ reſpectu luminis glie de quo dr̃ in pſal. In lumine tuo videmus lumẽ. lumẽ aũt impfectuȝ remanet ſupueniẽte lumine pfecto: nõ.n. cãdela extinguiť claritate ſolis ſupueniẽte. ḡ videť q̄ ipm̃ lumẽ fidei maneat cuȝ lumine glorie. ¶ Preterea. Subã habitus nõ tolliť per h q̄ ſubtrahiť mã: põt.n. hõ habitũ liberalitatis retinere: etiã amiſſa pecunia: ſꝫ actũ hr̃e nõ põt: obm aũt fidei eſt veritas prima non viſa: ḡ hoc remoto ꝑ hoc q̄ vr̃ veritas prima ad-

in pñia: qꝛ ſupflueret: an qꝛ ſuccedit eis aliq̃ pfectio incõpoſſibilis ſimplr̃ qdẽ occurrit dubiũ: qꝛ Sco. in 3°. diſ. 31. lȝ q̄ ceſſatio eſt rõne ſupfluitatis ⁊ nõ incõpoſſibilitatis: ⁊ ꝓbat hoc: qꝛ in pñia nullus habitus eſt neceſſariꝰ: niſi charitas: qꝛ nec ad facilitãdũ: nec ad dilatandũ poᵗᵐ: nec ad p̃ſentãdũ obm: actꝰ aũt ſuccedẽtes in pñia nõ ꝓpe opponuntur habitibus: qḋ ꝓbať: qꝛ Paulus in raptu videbat deũ: ⁊ tamen hebat habitũ fidei. Ad hoies võ: qꝛ auctor ſꝫ in viſiõe ad 2ᵐ vr̃ dicere: qḋ ẽ icõpoſſibilitas perfectionis glie ad pfectõeȝ fidei: in ratiõe võ ad 3ᵐ dicit q̄ eẽt ſupfluitas ſi remãeret hitꝰ fidei nõ potens exire i actũ.
¶ Ad aliũ dr̃ q̄ euacuatio habitus fidei ⁊ ſpei ẽ ex vtraq̃ȝ rõne.ſ. ſupfluitatis et icõpoſſibilitatis: ſuccedit.n. vtriq̃ȝ habitui aliqd incõpoſſe: lȝ nõ vniformiter: qm̃ lumini fidei ſuccedit lumẽ glorie eiſ icõpoſſe: habitui vero ſpei ſuccedit actꝰ talis efficatie: ſeu ſtatus vt icõpoſſibilis ſit eideȝ. Ad q̃rũ euidẽtiam ſcito ꝑ q̄ falſuȝ ẽ in pñia ſoluȝ charitatꝭ habitũ eẽ neceſſariũ: opꝫ.n. ẽt ponere habitũ luminis glie nõ ad aliqd eoꝝ: q̄ dicit arguens: ſꝫ ad eleuãdũ aïam ad videndũ: ⁊ hoꝝ Sconiſtas fateri: qm̃ determinatũ per eccleſiã eſt in Clemẽ. i ca. ad noſtꝝ h here ticis: vbi iter errores dãnať q̄ aïa nõ idigeat lumie glie eleuãte ipſaȝ ad videdũ deũ: ⁊ eo bẽ fruẽdũ: pp qḋ in lĩtera dr̃ q̄ impfectio luminis fidei: qḋ eſt ipſe habitus fidei: ⁊

pfectio luminis glie opponunť: ſic claritas aeris ⁊ obſcuritatis eiꝰ. Scito 2°. q̄ lȝ actꝰ nõ directe oppõať habitui tã in acqſitis: q̄ȝ in ifuſis habitibꝰ dñter tñ ſe hñt ad corruptiõeȝ q̃ſi ꝑ modũ ſequele hitꝰ ifuſi ⁊ acqſiti: qꝛ acqſiti ex vno actu 9rio nõ corrũpunť: vt pȝ: ifuſi aũt corrũpunť ex vno actu 9rio. fidei.n. habitus nõ remãet in eo qui vno actu negat trinitatẽ. Scito 3° q̄ lȝ habitui directe nõ opponať poſitiue niſi forma habitualis in eodẽ ſubo: põt tamẽ ſine tali oppoſita forma ſubm diſponi ſtatu icõpoſſibili tali habitui: deſinit namq̃ȝ forma nõ ſolũ ꝑ ſucceſſiones 9riẽ: ſed ꝑ ſubſtractionẽ coꝝ qbꝰ 9ſeruabatur: vt pȝ de lumie ex qbꝰ hr̃e potes: q̄ fidei habitus euacuať in pñia ex ſucceſſiõe oppoſite forme ſcȝ luminis glorie ꝑ modũ hitꝰ qḋ dico per lumẽ glorie ꝑ modũ paſſionis in raptu Pauli: vt patȝ in 2ᵃ 2ᵉ. q. 175. a 3°. Nec obſtat obiõ durãdi. q. 2ᵃ. 31. d. tertij ſnia. lȝ q̄ pñt ſimul ꝑ ſtãs eẽ pñt ſiĩ eẽ abſolute: qꝛ icõpoſſibilitatẽ nõ ipedit lõgitudo tpis: ſꝫ nã oppoſĩõis: dictũ eni ad h q̄ icõpoſſibilitas cõſurgit ex natura oppoſitionis: ſꝫ oppõ aliquarũ ſpẽrum non eſt in actu exercita niſi in ſtatu eaꝝ cõpleto: vt pȝ in viro manſueto peccante ex paſſione ſeu diſpoſitiõe modica ire: in hoc eni ſimul ſtant habitus manſuetudinis: ⁊ nõ ſolũ actus ire: ſed habitus ire ichoatiue: qui nihil aliud eſt q̃ȝ ipſa ira per modũ paſſionis: ſic enĩ ꝓportionaliter

ꝓpositi ðalr ⁊ eadē rōne fuit in ꝑaulo de bitu fidei ⁊ lu-
mine glorie ꝑpter imꝑfectum.n.modū ēēndi oppō q̄ eſt
iter hō formas exerceri nō potuit ipedita ab eſſendi mo-
di ꝑfectiōe: ⁊ ex efficacia oppoſiti act⁹.ſ. videre deū nō ꝑ
modū trāſeūtis ⁊ ex icōpoſiti ſtatu ſuppoſiti. Eſt.n. brus
ĩtali ſtatu cui
repugnat hōi ĩ-
ꝑfectio bitua-
lis ſpei aūt ha-
bit⁹ euacuaſ ⁊
ex efficatia op
poſiti actus.ſ.
hre deuz: ⁊ ex
icōpoſiti ſtatu
ſuppoſiti: non
.n. eſt in ſtatu
ĩmobilis.ſ.oio
qeſcētis cui re
pugnat impfe
ctio bitualis
mobilis: eſt.n.
hō mutatō ſta
tus ſubtractio
q̄d ĩ ſubm ipſi⁹
bitus. ſicẽ.n. ha
bitus nō gñaſ
niſi in ſubo di-
ſpoſito: ita nec
conſeruaſ ſub-
tracta illa di-
ſpōne a ſubo: ⁊
h̄ h̄ origo ĩ intel-
lect⁹.n. ĩmobi-
lis ad cred n-
dus: ⁊ volūtas
immobilis ad
ſpidū nō nūc
ſ; ſimplr: ſicut
nūq̄ ſuſcipent
fidei aut ſpei
habitū ita nec
conſeruāt. Ex
oppo° aūt for-
ma bituali nō
ĩ eodē ſubto .i.
volūtate: ſ; in
ei⁹ cā.ſ. itellcū
excludiſ lumi
ne.ſ. glie: ita ꝙ
lumē glorie ꝑ
mo^m habitus .i.
ĩmobilr bitu;
ē forma bitua
lis oppo° habi
tui fidei ⁊ ſpei:
ſ; fidei forma
liter ſpei vtua-
liter: ⁊ h̄ ſuffi-
cit ad ſucceſſio
nē forme icō
poſſibilis: et h̄
vltima vba ſola ſufficiāt ꝑ hac veritate. Reliqua ſint ad
ꝑfectionē: ⁊ ꝑ h̄ pz rñſio ad Scotū: ⁊ occaſiōez veritatis:
autoris aūt verba nō diſſonāt. naz in rñſione ad 2^m veri-
tatē abſolute dixit q̄ ſ. eſt oppō faciēs icōpoſſibilitatē.

huc pōt remanere ipſe bitus fi
dei. ¶ Sʒ ꝫ eſt ꝙ fides eſt q
dā bitus ſimplex: ſimplex aūt
vel totū tollit: vel totū rema-
net: cū igiſ fides nō totalr ma
neat: ſʒ cū euacuaſ: vt dcm̄ ē:
ꝫ videſ ꝙ totalr tollaſ. ¶ Rñ
deo dōm: ꝙ q̄dā dixerunt ꝙ
ſpes totalr tolliſ: fides autem
parti tolliſ.ſ. q̄tū ad enigma:
⁊ parti manet.ſ. q̄tū ad ſubaʒ
cognitōis: qð q̄dē ſi ſic intelli-
gaſ ꝙ maneat nō idē nūero: ſʒ
idē genere: veriſſime dcm̄ eſt:
fides.n. cū viſione pñie ꝯuenit
in genere: qð ē cognitio: ſpes
aūt non ꝯuenit cū beatitudine
in genere: cōparaſ.n. ſpes ad
beatitudinis fruitionē ſicẽ mo
tus ad q̄etē in termino. Si āt
itelligaſ ꝙ eodē nūero cogni-
tio q̄ ē fidei maneat in pñia: h̄ ē
oino ipoſſibile: nō.n. remota
dña alicui⁹ ſpei remanet ſuba
generis eadem numero: ſicut
remota dña ꝯſtitutiua albedi
nis nō remanet eadē ſuba co-
loris numero: vt ſic idē color
numero ſit quandoq; albedo
qñq; ŵo nigredo: nō.n. cōpa-
raſ gen⁹ ad dñam ſicut mā ad
formaʒ: vt remaneat ſuba ge-
neris eadē numero dña remo
ta: ſicẽ remanet eadeʒ numero
ſuba mãe remota forma: ge-
nus.n. ⁊ dña nō ſūt ptes ſpēi:
alioq̄n nō ꝑdicarenſ de ſpē: ſʒ
ſicut ſpēs ſignificat totū.i. cō-
poſitū ex mā ⁊ forma in reb⁹
mãlibus: ita dña ſignificat to
tū: ⁊ ſimilr genus: ſed genus
denoiat totuʒ ab eo qð eſt ſicẽ
mã: differētia ŵo ab eo qð eſt
ſicut forma: ſpēs ŵo ab vtro-
q̄: ſicut in hoīe ſenſitiua natu
ra mãliter ſe hʒ ad itellectiuā:
aial aūt diciſ qð hʒ nãm ſenſi
tiuā: rōnale qð hʒ itellectiuā:
homo vero qð hʒ vtrunq̄: ⁊
ſic idē totuʒ ſignificaſ per hec
tria: ſʒ nō ab eodē. vñ pʒ ꝙ cuʒ
dña nō ſit niſi deſignatiua ge-
neris: remota dña nō pōt ſub
ſtãtia generis eadem remane
re: nō.n. remanet eadem aiali-
tas ſi ſit alia aia cōſtituēs aial.
vñ nō pōt eſſe ꝙ eadeʒ nume-
ro cognitio: q̄ prius fuit eni-
gmatica: poſtea fiat viſio ap-
ta. Et ſic pʒ ꝙ nihil idē nume
ro vel ſpecie: qð eſt in fide: re
manet in pñia: ſed ſolū idē ge-
nere. ¶ Ad primū ꝫ dōm: ꝙ
remoto rationali nō remanet
viuū idē numero: ſed idē gñe
vt ex dictis pʒ. ¶ Ad ſcdm̄ di
cēdū: ꝙ imperfectio luminis
cãdele non opponiſ ꝑfectioni
ſolaris luminis: qꝛ nō reſpiciūt
idē ſubm ſʒ iperfectio fidei ⁊
ꝑfectio glie opponunſ aduiui
cē: ⁊ reſpiciūt idē obm. vñ nō
pñt eſſe ſimul ſicẽ nec claritas
aeris cuʒ obſcuritate ei⁹. ¶ Ad
tertiū dōm: ꝙ ille qui amittit
pecuniā nō amittit poſſibilita
tem hñdi pecuniam: ⁊ iō ꝯue
niēter remanet bitus liberali-
tatis: ſʒ in ſtatu glorie nō ſolū
actu tolliſ obʒ fidei qð eſt nō
viſuʒ: ſed etiā ſm poſſibilita-
tem ꝑpter beatitudinis ſtabi-
litateʒ: ⁊ ideo fruſtra talis ha-
bitus remaneret.

In rñſione ŵo ad 3^m ad argu^m rñdit ꝙ nō eſt ſile in pñia
de fide ⁊ de liberalitate in paſſo iacturaʒ: qꝛ ibi ēt poten-
tia auferſ: h̄ actus tm̄: ⁊ ꝑpterea ſequiſ ꝯditiōalis iſtius
veritatis ꝙ fruſtra remaneret ſi remãeret: hāc.n. itēde
bat exprimendo ſolum ipſius conſequens.
¶ In reſponſio
ne ad 2^m eiuſ-
dē q̄ni articu-
li nota ꝙ hunc
hēs lumē glo-
rie eſſe ſubiec
in itellectu dū
dr in lra ꝙ im-
ꝑfectio fidei ⁊
ꝑfectio glie op
ponuntur ⁊ re-
ſpiciūt idē ſub
iectū. cōſtat.n.
ex argu^to qð de
lumie fidei: et
lumine glorie
loquitur: ⁊ hec
nota ꝑpter dif
ficultatē illaʒ
an ſit in eētia
aīe lumē glo
rie an in intel-
lectu.
¶ In reſponſio
ne ad 3^m eiuſ-
dē articuli no
ta diligentiſſi-
me ꝙ vbicūq;
tā hic q̄ alibi ĩ
uenies ꝙ obm
fidei eſt nō vi-
ſum vel nō ap
parēs ⁊c. itelli-
giſ nō de obto
ex parte rei i ſʒ
ex pte nñ: ita
ꝙ non viſum
non eſt rō for-
malis: nec con
ditio obi fidei
ex pte obi: ſʒ re
dūdat i obʒ ex
pte credētis: ⁊
denoīat obʒ
denoiatōe ex-
trīa ſumpta ex
ꝯditōe creden
tis: iā.n. dcm̄ ē
ꝙ imperfectio
fidei eſt ex pte
ſubi ⁊ nō obti:
imo ex pte obi
excellit ſciam:
vt in arti° 3° in
rñſione ad p^m
lra dicit: qꝛ hʒ
ꝑ obo deū ſicut cetere virtutes theologice. ꝑpterea qñ
inuenies obm fidei dici imꝑfectū memēto ꝑdicte diſtin
ctionis: ⁊ gloſa de obo ex parte nñ.i. ſm id qð hʒ ex parte
credentis non ſm ſe: ⁊ nō errabis.

¶ Arti. VI.

AD tertiũ ſic ꝑcedit̃. Videt̃ ꝙ incõueniẽter enumerent̃ beatitudines. attribuunt̃. n. btitudines donis: vt dictuꝫ eſt: donoꝝ aũt qdã ptinẽt ad vitã ꝯtẽplatiuaꝫ. ſ. ſapia ꝛ intellꝰ: nulla aũt btitudo ponit̃ in actu ꝯtẽplationis: ſꝫ oẽs in his q̃ ptinẽt ad vitã actiuã. ḡ inſufficiẽter btitudines enũerant̃. ¶ Preterea. Ad vitã actiuã nõ ſolũ pertinẽt dona exequentia: ſꝫ ẽt qdã dona dirigentia: vt ſcia ꝛ ꝯſiliũ: nihil ãt ponit̃ iter btitudines qḋ directe ad actũ ſcie vel ꝯſilij ptinere videat̃. ḡ iſufficiẽter btitudines tangunt̃. ¶ Preterea. Inter dona exequẽtia in vita actiua timor ponit̃ ad pauptatẽ pertinere: pietas aũt videt̃ ptinere ad btitudinẽ miſericordie: nihil aũt ponit̃ directe ad fortitudinẽ ptinens. ḡ inſufficiẽter enũerant̃ btitudines. ¶ Preterea. In ſacra ſcriptura tãgunt̃ multe alie btitudines: ſicut Iob. v. dicit̃. Beatus hõ qui corripitur a deo. Et in pŝ dicit̃. Beatus vir qui nõ abijt in ꝯſilio ipioꝝ. Et Prouer. iij. Btũs vir q inuenit ſapiam. ḡ iſufficiẽter btitudines enũerant̃. ¶ Sꝫ ꝯ videt̃ ꝙ ſupflue enumerent̃: ſũt. n. ſeptẽ dona ſpũs ſcti: btitudines ãt tãgunt̃ octo. ¶ Preterea. Luce. vj. ponunt̃ q̃ttuor tñ btitudines. ſupflue ḡ enumerant̃ ſepteꝫ vel octo in Math. ¶ Rñdeo dĩcm̃: ꝙ btitudines iſte ꝯuenientiſſime enũerant̃. Ad cui⁹ euidẽtiã ẽ cõſiderãdũ ꝙ triplicẽ btitudinẽ aliq poſuerũt: qdã. n. poſuerũt btitudinẽ in vita voluptuoſa: qdã in vita actiua: qdã ꝟo in vita ꝯtẽplatiua. He ãt tres btitudines diuerſimode ſe hñt ad btitudinẽ futurã cuius ſpe dicimur hic beati. Nã btitudo voluptuoſa q2 falſa ẽ ꝛ rõni ꝯria ĩpedimẽtuꝫ ẽ btitudinis future. Btitudo ꝟo actiue vite diſpoſita ẽ ad btitudineꝫ futuram. Btitudo aũt ꝯtẽplatiua ſi ſit pfecta eſt eẽntialiter ipſa futura btitudo: ſi aũt eſt ipfecta ẽ qdã icboatio ei⁹. ꝛ ĩõ dñs primo qdẽ poſuit q̃ſdaꝫ btitudines q̃ſi remouẽtes ipedimẽtũ voluptuoſe btitudinis. Conſiſtit. n. voluptuoſa vita in duob⁹. Primo qdẽ i affluẽtia exterioꝝ bonoꝝ ſiue ſint diuitie: ſiue ſint honões: a qb⁹ qdẽ retrahit̃ hõ ꝑ ꝟtuteꝫ: ſic vt moderate eis vtat̃: ꝑ donũ ãt excellẽtiori mõ: vt. ſ. hõ totalr̃ ea cõtẽnat. Unde pria btitudo ponit̃. Bti pauperes ſpũ. qḋ pōt referri vel ad ꝯtẽptũ diuitiaꝝ: vl' ad ꝯtẽptũ honoꝝ: qḋ fit ꝑ hũilitatẽ. Scḋo ꝟo voluptuoſa vita ꝯſiſtit in ſequẽdo ꝓprias paſſiões: ſiue iraſcibilis: ſiue cõcupiſcibilis. A ſequela aũt paſſionũ iraſcibilis retrahit ꝟtus: ne hõ in eis ſupfluat ſm regulã rõnis: donum aũt excellẽtiori mõ: vt. ſ. hõ ſm voluntatẽ diuinam totalr̃ ab eis tranqllus reddat̃. Uñ ſcḋa btitudo ponit̃. Beati mites. A ſeqla ꝟo paſſionũ ꝯcupiſcibilis retrahit virtus moderate hmõi paſſionib⁹ vtẽdo: donũ ꝟo eas ſi neceſſe fuerit totalr̃ abijciẽdo: qnimo ſi neceſſariũ fuerit voluntariũ luctũ aſſumũt. Unde tertia btitudo ponit̃. Beati q lugent. actiua ꝟo vita in his ꝯſiſtit p̃cipue q̃ ꝓximis exhibemus: vel ſub rõne debiti: vel ſub rõne ſpontanei beneficij. ꝛ ad primũ qdẽ nos ꝟtus diſponit: vt ea q̃ debemus ꝓximis nõ recuſemus exhibere: qḋ ptinet ad iuſtitiã: donũ aũt ad hoc ipm abundantiori quodã affectu nos inducit: vt. ſ. feruenti deſiderio opera iuſtitie ipleamus: ſicut feruenti deſiderio eſuriẽs ꝛ ſitiẽs cupit cibuꝫ vel potũ. Unde q̃rta btitudo ponit̃. Beati q eſuriunt ꝛ ſitiunt iuſtitiã. Circa ſpõtanea ꝟo dona nos pficit ꝟtus: vt illis donemus qbus rõ dictat eẽ donãdũ: puta amicis: aut alijs nobis ꝯiunctis: qḋ ptinet ad ꝟtutẽ liberalitatis: ſꝫ donũ pp dei reuerẽtiã ſolũ neceſſitatẽ ꝯſiderat in his qbus gratuita beneficia pſtat: vñ dicit̃ Luce. xiiij. Cũ facis prandiũ aut cenã noli vocare amicos aut fratres tuos ꝛc̃. ſed voca pauperes ꝛ debiles ꝛc̃. qḋ ꝓprie eſt misereri. Et ĩõ quinta btitudo ponit̃. Beati miſericordes. Ea ꝟo q̃ ad ꝯtẽplatiuã vitã pertinẽt: vel ſunt ipſa beatitudo finalis: vel aliqua incboatio eius. ꝛ ĩõ nõ ponunt̃ in beatitudinibus tanq̃ꝫ merita: ſed tanq̃ꝫ premia. ponunt̃ autẽ tanq̃ꝫ merita effectus actiue vite qbus hõ diſponit̃ ad ꝯtẽplatiuã vitã. effectus aũt actiue vite q̃ꝫtũ ad ꝟtutes ꝛ dona qbus hõ pficit̃ in ſeipo eſt mũdicia cordis: vt. ſ. mẽs hois paſſiõibus

nõ inqnet̃

nõ inquirũt. Unde ſexta btitudo ponit̃. Bti mun
do corde. Quãtũ vero ad virtutes ⁊ dona qbus
hõ pficit̃ in cõparatiõe ad pximũ effectus actiue
vite eſt pax ſcḋm illud Eſa. xxx. Opus iuſtitie
pax. Et iõ ſeptia btitudo ponit̃. Beati pacifi-
ci. ¶ Ad primũ ġ dicẽdũ ꝙ actus donoꝝ ptinẽ-
tiũ ad vitã actiuã exprimunt̃ in ipſis meritis:
ſꝫ actus donoꝝ ptinẽtiũ ad vitã ↄtẽplatiuã ex-
primunt̃ in pmijs rõne iã dcã. videre.n. deũ
rñdet dono itellꝰs: ⁊ ↄformari deo q̃dã filia-
tiõe adoptiua ptinet ad donũ ſapiẽtie. ¶ Ad
ſcḋm dicẽdũ ꝙ in his q̃ ptinẽt ad actiuã vitã co
gnitio nõ q̃rit̃ ꝑꝑ ſeipſã: ſꝫ ꝑꝑ opatiõẽ: vt etiã
phs dicit in.ij.ethi. Et iõ qꝛ btitudo aliqd vlti
mũ iportat: nõ ↄputant̃ iter btitudies actꝰ do-
noꝝ dirigẽtiũ in vita actiua: quos.ſ.eliciũt: ſicͣ
ↄſiliari ẽ actus ↄſilij: ⁊ iudicare ẽ actus ſcie: ſꝫ
magis attribuunt̃ eis actus opatiui i qbꝰ diri-
gunt̃. ſicͣ ſcie lugere: ⁊ cõſilio miſereri. ¶ Ad
tertiũ dicẽdũ ꝙ in attributiõe btitudinũ ad dona
pñt duo ↄſiderari. Quoꝝ vnũ eſt ↄformitas
mãe: ⁊ ſcḋm hoc prie oẽs qnq; btitudines pñt
attribui ſcie ⁊ ↄſilio tanq̃ dirigẽtibꝰ: ſꝫ iter do-
na exequentia diſtribuunt̃: ita.ſ. ꝙ eſuries ⁊ ſi
tis iuſtitie ⁊ ẽt miſericordia ptineãt ad pietatẽ
q̃ pficit hoiẽ in his q̃ ſunt ad alteꝝ. mititas ãt
ad fortitudinẽ. Dicit̃.n. Ambro. ſup Lucã. ꝙ
fortitudis eſt irã vicere: idignatiõẽ cohibere.
eſt.n. fortitudo circa paſſiões iraſcibilis: pau-
ptas vero ⁊ luctꝰ ptinent ad donũ timoris: quo
hõ ſe retrahit a cupiditatibus ⁊ delectatiõibꝰ
mũdi. Alio mõ poſſumus in his btitudibꝰ ↄſi
derare motiua ipſaꝝ: ⁊ ſic q̃tũ ad aliq̃ eoꝝ oꝫ
alr attribuere: pcipue.n. ad mãſuetudinẽ mo
uet reuerẽtia ad deũ: q̃ ptinet ad pietatẽ: ad lu
gẽdũ aũt mouet pcipue ſcia: p quã hõ cogno-
ſcit defectus ſuos ⁊ reꝝ mundanaꝝ ſcḋm illud
eccle.j. Qui addit ſciã: addit ⁊ dolorẽ. Ad
eſuriẽdũ aũt iuſtitie opa pcipue mouet animi
fortitudo: ad miſerendũ vero pcipue mouet ↄſi
liũ dei ſcḋm illud Danie. iiij. Cõſiliũ meũ regi
placeat: peccã tua eleẏmõis redime: ⁊ iniquitates
tuas miſericordijs paupeꝝ. Et hũc modũ at-
tributiõis ſeqt̃ Auguſ. in lib. de ſermone dñi in
mon. ¶ Ad q̃rtũ dicẽdũ ꝙ neceẽ eſt btitudines
oẽs q̃ i ſacra ſcriptura ponunt̃ ad has reduci:
vel q̃tũ ad merita: vel q̃tũ ad pmia: qꝛ neceẽ
eſt ꝙ oẽs ptineãt aliquo mõ ad vitã actiuã: vl'
ad vitã ↄtẽplatiuã. vñ qḋ dr̃. Btũs vir q cor
ripit̃ a dño: ptinet ad btitudinẽ luctus: qḋ vero
dr̃. Btũs vir q nõ abijt in ↄſilio ipioꝝ: ptinet
ad mundiciã cordis: qḋ vero dr̃. Btũs vir qui
iuenit ſapiã. ptinet ad pmiũ ſeptime btitudi-
nis. Et idẽ pꝫ de oibus alijs que pñt induci.
¶ Ad qntũ dicẽdũ ꝙ octaua btitudo ẽ q̃dã ↄfir-
matio ⁊ maifeſtatio oium pcedẽtiũ. ex hoc.n.
ꝙ aliqs ẽ ↄfirmatus i pauptate ſpũs ⁊ mitita
te: ⁊ alijs ſequentibus. puenit ꝙ ab his bonis
ꝑꝑ aliq̃ ꝑſequutiõẽ nõ recedit. vñ octaua bti
tudo quodãmodo ad ſeptẽ pcedentes ptinet.
¶ Ad ſextũ dicẽdũ ꝙ Lucas narrat ſermonẽ dñi
fcm̃ eẽ ad turbas. vñ btitudines nuãnt̃ ab eo
ſcḋm capacitatẽ turbaꝝ: q̃ ſolã voluptuoſam ⁊
tẽporalẽ ⁊ terrenã btitudinẽ nouerũt. vñ dñs
p q̃ttuor btitudines q̃ttuor excludit q̃ ad pdi-
ctã btitudinẽ ptinere vident̃: Quoꝝ primũ ẽ
abũdantia bonoꝝ exteriorꝝ: qḋ excludit p hoc ꝙ
dicit̃. Bti paupes. Scḋm ẽ ꝙ ſit bene homini
q̃tũ ad corpꝰ in cibis ⁊ potibꝰ: ⁊ alijs hmõi.
⁊ hoc excludit p ſcḋm qḋ ponit. Bti q eſuri-
tis. Tertiũ ẽ ꝙ ſit hoi bñ q̃tũ ad cordis iocun
ditatẽ ⁊ hoc excludit tertio dicẽs. Bti q nunc
fletis. Quartũ ẽ exterior hoium fauor: ⁊ hoc
excludit q̃rto dicens. Beati eritis cũ vos ode
rint hoies. Et ſicut Ambr. dicit: pauptas pti-
net ad tẽpantiã: q̃ illecebroſa non querit: eſu
ries ad iuſtitiã: qꝛ q eſurit compatit̃: ⁊ ↄpatiẽ
do largit̃: fletus ad prudẽtiã: cuiꝰ eſt flere occi
dua. pati odiũ hoiũ ad fortitudinẽ ptinet.

¶ Utrum pmia btitudinũ ↄueniẽter enũerent̃.

¶ Articulus. IIII.

Ad q̃rtũ ſic pcedit̃. Videt̃ ꝙ pmia
btitudinũ iconueniẽter enumerent̃-
tur. In regno.n. celorũ qḋ eſt vita
eterna bona oia ↄtinẽt̃: poſito.n. regno celoꝝ
non oportuit alia pmia ponere. ¶ Preterea.
Regnũ celoꝝ ponit̃ p pmio: ⁊ in pria btitudi
ne: ⁊ in octaua. ġ eadẽ rõne debuit poni i oibꝰ.
¶ Preterea. In btitudibꝰ pcedit̃ aſcẽdẽdo:
ſicͣ Aug. dicit. i pmijs ãt vr̃ pcedi deſcẽdẽdo.
nã poſſeſſio terre ẽ minꝰ q̃ regnũ celoꝝ. ġ icõ
ueniẽter hꝰ pmia aſſignant̃. ¶ Sꝫ ↄ̃ ẽ aucto-
ritas ipſius domini pmia hmõi proponentis.
¶ Rñdeo dicẽdũ: ꝙ pmia iſta ↄuenientiſſime
aſſignant̃ ↄſiderata ↄditione beatitudinũ ſcḋm
tres beatitudines ſupra aſſignatas: tres.n. pri
me btitudines accipiunt̃ p retractionẽ ab his
in qbus voluptuoſa beatitudo ↄſiſtit: quã hõ
deſiderat querẽs id qḋ nãlr deſiderat̃ nõ vbi
q̃rere dꝫ.ſ. in deo: ſꝫ in rebꝰ tẽporalibꝰ ⁊ cadu
cis: ⁊ ideo premia trium primarum beatitu-
dinũ accipiunt̃ ſcḋm ea q̃ in beatitudine terrena

alíq q̄runt: q̄runt.n. hoíes in rebus exteriori-
bus.ſ.diuitijs ⁊ honoꝛibus excellētiā q̄ſdā ⁊
abūdātiā: quoꝝ vtrūq́ȝ ịpoꝛtat regnū celoꝝ: ꝑ
qḋ hó ꝯſequit̄ excellentiā ⁊ abūdātiā bonoꝝ
in deo: ⁊ ió regnū celoꝝ dn̄s paupērib⁹ ſpū re
pꝛomiſit. Querūt aūt hoíes feroces ⁊ inmites
ꝑ litigia ⁊ bella ſecuritatēȝ ſibi acq̄rere inimi-
cos ſuos ḋſtruēdo: vn̄ dn̄s repꝛomiſit mitib⁹
ſecurā ⁊ q̄etā poſſeſſionē terre viuētiū ꝑ quā
ſignificat̄ ſoliditas eternoꝝ bonoꝝ. Querunt
aūt hoíes in ꝯcupiſcētijs ⁊ delectatiōib⁹ mūdi
hr̄e ꝯſolationem ꝯtra p̄ntis vite laboꝛes: ⁊ ió
dn̄s ꝯſolationē vite lugentib⁹ repꝛomittit. alie
ꝟo due btitudines ptinēt ad opa actiue btitu-
dinis. q̄ ſūt opa ꝟtutū oꝛdinātiū hoíem ad ꝓ-
ximū: a q̄bus opibus alíq retrahunt̄ pp ioꝛdi-
natū amoꝛē ꝓpꝛij boni: ⁊ ió dn̄s attribuit illa
p̄mia his btitudinib⁹ pp q̄ hoíes ab eis diſce-
dūt. Diſcedūt.n. alíq ab opib⁹ iuſtitie nō red-
dētes debitū: ȝ poti⁹ aliena rapiētes. vt bonis
tēpoꝛalibus ipleant̄. ⁊ ió dn̄s eſurientib⁹ iuſti-
tiaȝ ſaturitatē repꝛomiſit. Diſcedūt ét alíq ab
opibus miſericoꝛdie ne ſe immiſceant miſerijs
alienis. ⁊ ió dn̄s miſericoꝛdib⁹ repꝛomittit mi
ſericoꝛdiā: ꝑ quā ab omni miſeria liberent̄. alie
ꝟo due vltime btitudines ptinēt ad cōtēplati-
uā felicitatē: ſeu btitudinē. ⁊ ió ſm ꝯueniētiaȝ
diſpōnuȝ q̄ ponunt̄ in merito p̄mia reddunt̄.
nā mūdicia oculi diſponit ad clare vidēdū. vn̄
mūdis coꝛde diuina viſio repꝛomittit̄. Cōſti-
tuere ꝟo pacē: vel in ſeipſo. vel iter alios ma-
nifeſtat hoíeȝ eē dei imitatoꝛē. q eſt deus vni-
tatis ⁊ pacis. ⁊ ió ꝓ p̄mijs reddit̄ ei glia diui-
ne filiatóis q̄ eſt i perfecta ꝯiunctióe ad deū ꝑ
ſapiam ꝯſumatā. ¶ Ad pꝛimū ḡ dōȝ: ꝙ ſicut
Chryſo. dicit. oia p̄mia iſta vnuȝ ſunt in re.ſ.
btitudo eterna: quā intell'ſ hūanus nō capit:
⁊ ió opoꝛtuit ꝙ ꝑ diuerſa bona nobis nota de
ſcriberet̄ obſeruata ꝯueniētia ad merita q̄bus
pꝛemia attribuunt̄. ¶ Ad ſcōm dōm: ꝙ ſicut
octaua btitudo eſt firmitas q̄dā oium btitudi
nū. ita debent̄ ſibi oium btitudinū p̄mia: ⁊ ió
reddit ad caput vt intelligant̄ ſibi ꝯñr oia pꝛe-
mia attribui. Vel ſm Ambꝛo. paupērib⁹ ſpū
repꝛomittit̄ regnū celoꝝ q̄ȝtū ad gloriā aíe: ȝ
paſſis ꝑſecutionē in coꝛpe q̄ȝtū ad gloriā coꝛ-
poꝛis. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ ét p̄mia ſm addi-
tionē ſe hn̄t adinuicē: nam plus eſt poſſidere
terraȝ regni celoꝝ q̄ȝ ſimpl'r hr̄e: multa.n. ha-
bemus q̄ nō firmiter ⁊ pacifice poſſidemus:
plus eſt ét ꝯſolari in regno q̄ȝ hr̄e ⁊ poſſidere:
multa.n. cū doloꝛe poſſidemus: plus eſt ét ſa-
turari q̄ȝ ſimpl'r ꝯſolari: nā ſaturitas abūdātiā
ꝯſolatiōis ịpoꝛtat. miſericoꝛdia ꝟo excedit ſa-
turitatē: vt plus.ſ. hó accipiat q̄ȝ meruerit: vel
deſiderare potuerit: adhuc aūt maius eſt deū
videre: ſicut maioꝛ eſt q in curia regis nō ſolum
pꝛādet: ȝ ét faciem regis videt: ſummā aūt di
gnitatē in domo regia fili⁹ regis hȝ.

¶ De fructib⁹ ſpūs ſancti. ¶ Qō. LXX.

Einde ꝯſiderādū eſt de fructib⁹.
¶ Et circa hoc q̄runt̄ q̄tuoꝛ.
¶ Pꝛio vtꝝ fruct⁹ ſpūs ſcti ſint
actus. ¶ Scdo vtꝝ dr̄ant a bti-
tudinibus. ¶ Tertio de eoꝝ nūe
ro. ¶ Quarto de oppoſitióe eoꝝ
ad opera carnis.

¶ Utꝝ fruct⁹ ſpirit⁹ ſancti ſint act⁹ quos apl's
noiat ad Galathas. ¶ Articu. I.

Ad pꝛimū ſic ꝓcedit̄. Videt̄ ꝙ fruct⁹
ſpūs ſcti: quos apl's nomiat ad Gal.
v. nō ſint act⁹. Id.n. cuius eſt ali⁹ fru
ctus nō dȝ dici fructus: ſic.n. in iſini-
tū iret̄: ȝ actuū nr̄oꝝ eſt aliq̄s fructus. Dr̄ eni
Sapié. iij. Bonoꝝ laboꝝ glorioſus é fruct⁹.
Et Jo. iiij. Qui metit mercedē accipit: ⁊ fru-
ctū ꝯgregat in vitā eternā. ḡ ipſi act⁹ nr̄i nō dn̄r
fructus. ¶ Preterea. Sicut Aug. dicit in.x.
de tri. Fruimur cognitis in q̄bus volūtas ipſa
delectata ꝯq̄eſcit: ȝ volūtas nr̄a nō dȝ ꝯq̄eſce
re in actibus nr̄is pp ſe. ḡ actus nr̄i fructus di
ci nō debēt. ¶ Preterea. Inter fructus ſpūs
ſcti enumerant̄ ab apl'o alíq̄ virtutes.ſ. chari-
tas: māſuetudo: fides: ⁊ caſtitas: ꝟtutes autē
nō ſunt actus: ȝ hitus: vt. ſ̄. dcm̄ é: ḡ fructus
nō ſunt actus. ¶ Sed ꝯ̄ eſt qḋ dr̄ Math. xij.
Ex fructu arboꝛ cog̃ſcit̄. i. ex opibus ſuis hó:
vt ibi exponit̄ a ſanctis. ḡ ipſi actus hūani dn̄r
fructus. ¶ Rn̄deo dōm: ꝙ nomen fructus a
coꝛpalibus ad ſpūalia eſt trāſlatū. Dicit̄ at in
coꝛpalib⁹ fructus id qḋ ex plāta ꝓducit̄ cū ad
ꝑfectionē ꝑuenerit: ⁊ q̄ȝdā in ſe ſuauitatē hȝ.
Qui qdē fructus ad duo ꝯparari pōt.ſ. ad ar
boꝛē ꝓducētē ipſm: ⁊ ad hoiem q fructum ex
arboꝛe adipiſcit̄. ſm hoc igit̄ nomē fructus in
rebus ſpiritualibus dupl'r accipere poſſum⁹.
Uno mó vt dicat̄ fructus hois q̄ſi arboꝛis id
qḋ ab eo ꝓducit̄. Alio mó vt dicatur fructus
hois id qḋ hó adipiſcit̄: nō autē oē id qḋ adi-
piſcit̄ hó hȝ rōnē fruct⁹: ȝ id qḋ é vltimū dele
ctationē hn̄s: hȝ.n. hó agrū ⁊ arboꝛē q fruct⁹
nō dn̄r: ȝ ſolū id qḋ é vltimū: qḋ.ſ. ex agro ⁊
arboꝛe

arbore hõ intẽdit hře: ⁊ ſm h̃ fruct⁹ hoĩs dr̃ vl
tim⁹ hoĩ finis quo dʒ frui. Si ãt dicat̃ fruct⁹
hoĩs id qd̃ ex hoĩe ꝓducit̃: ſic ipſi act⁹ hũani
fruct⁹ dñr. opũ. n. ẽ act⁹ ſcd̃s opãn. ⁊ delecta
tionẽ hʒ ſi ſit ꝯueniẽs opanti. Si igr̃ opũ hoĩs
pcedat ab hoĩe ſm facultatem ſue rõnis ſic dr̃
eſſe fructus rõnis. ſi v̇o ꝓcedat ab hoĩe ſm al
tiorẽ v̇tutẽ: q̃ eſt v̇tus ſpũs ſci: ſic dr̃ eſſe opa
tio hoĩs fructus ſpũs ſancti q̃ſi cuiuſdã diui
ni ſeminis. Dicit̃. n. j. Jo. iij. Omnis q natus
eſt ex deo peccatũ nõ facit: qm̃ ſemen ipſius in
eo manet. ¶ Ad primũ g̃ dõm: ꝙ cũ fructus
hẽat quodãmõ rõnẽ vltimi ⁊ finis: nihil ꝓhi
bet alicui⁹ fruct⁹ eſſe aliũ fructũ: ſic̃ finis ad fi
nẽ ordinat̃. opera igit̃ nr̃a iquãtũ ſunt effect⁹
qdaʒ ſpũs ſancti in nobis opantis hñt rõnem
fructus: ſʒ iquãtũ ordinant̃ ad finẽ vite eterne
ſic mag̃ hñt rõnẽ floꝝ: vñ dr̃ Eccl'. xxiiij. Flo
res mei fruct⁹ honoris ⁊ honeſtatis. ¶ Ad ſe
cũdum dõm: ꝙ cũ dr̃ volũtas in aliquo pp ſe
delectari: põt itelligi dupl'r. Uno mõ ſm ꝙ ly
pp dic̃ cãm finalẽ: ⁊ ſic pp ſe nõ delectat̃ aliqs
niſi in vltimo fine. alio mõ ſm ꝙ deſignat cãʒ
formalẽ. ⁊ ſic pp ſe aliqs põt delectari in oĩ eo
qd̃ delectabile eſt ſʒ ſuã formã: ſic̃ pʒ ꝙ infir
mus delectat̃ i ſanitate pp ſe ſic̃ in fine: in me
dicina ãt ſuaui nõ ſic̃ in fine: ſʒ ſic̃ in hñte ſapo
reʒ delectabilẽ: in medicia ãt auſtera nullo mõ
pp ſe: ſʒ ſolũ pp aliud. Sic igit̃ dõʒ ẽ ꝙ in deo
delectari dʒ hõ pp ſe ſic̃ pp vltimũ finẽ: in acti
bus ãt v̇tuoſis nõ ſic̃ pp finẽ ſʒ pp honeſtateʒ
quã ꝯtinet delectabile in v̇tuoſis: vñ Ambro.
dic̃ ꝙ opa v̇tutũ dñr fruct⁹: q2 ſuos poſſeſſo
res ſancta ⁊ ſincera delectatiõe reficiũt. ¶ Ad
tertiũ dõʒ: ꝙ noĩa v̇tutũ ſumunt̃ qñqʒ ꝓ acti
bus eaꝝ: ſic̃ Aug. dic̃ ꝙ fides eſt credere qd̃ ñ
vides: ⁊ charitas ẽ mot⁹ animi ad diligẽdum
deũ: ⁊ ꝓximũ: ⁊ h̃ mõ ſumunt̃ nomina v̇tu
tum in enumeratiõe fructuum.

¶ Utꝝ fruct⁹ a btitudinib⁹ differãt. Arti. II.

AD ſcdm ſic ꝓcedit̃. Videt̃ ꝙ fruct⁹
a btitudinib⁹ nõ differãt: btitudines
. n. attribuunt̃ donis: vt. ṡ. dcm̃ eſt: ſʒ
dona pficiunt hoĩem ſm ꝙ mouet̃ a
ſpũ ſancto. g̃ btitudines ipſe ſunt fruct⁹ ſpũs
ſancti. ¶ Preterea. Sic̃ ſe hʒ fruct⁹ vite eter
ne ad btitudinẽ futurã q̃ ẽ rei: ita ſe hñt fruct⁹
pñtis vite ad btitudinẽ pñtis vite: q̃ ſũt ſpei: ſʒ
fruct⁹ vite eterne eſt ipã btitudo futura. g̃ fru
ctus vite pñtis ſunt ipẽ btitudines. ¶ Prete
rea. De rõne fruct⁹ eſt ꝙ ſit qddaʒ vltimũ: ⁊
delectabile: ſed h̃ ptinet ad rõnẽ btitudinis: vt
. ṡ. dcm̃ eſt: g̃ eadẽ rõ eſt fruct⁹ ⁊ btitudinis. g̃
nõ debẽt adinuicẽ diſtingui. ¶ Sʒ ꝯ. quoꝝ
ſpẽs ſũt diuerſe ipã quoqʒ ſũt diuerſa: ſʒ in di
uerſas ptes diuidunt̃ ⁊ fructus ⁊ btitudines.
vt pʒ p numeratiõnẽ vtroꝝqʒ. g̃ fructus dĩnt
a btitudinib⁹. ¶ Rñdeo dõm: ꝙ plus reqrit̃
ad rõnẽ btitudinis q̃ʒ ad rõnẽ fruct⁹: nã ad rõ
nem fruct⁹ ſufficit ꝙ ſit aliqd hñs rõnẽ vltimi
⁊ delectabilis: ſʒ ad rõnẽ btitudinis vlteri⁹ re
qrit̃ ꝙ ſit aliqd pfectũ ⁊ excellens. vñ oẽs bti
tudines pñt dici fruct⁹: ſʒ nõ ꝯuertit̃: ſũt. n. fru
ctus q̃cũqʒ v̇tuoſa opera in qb⁹ hõ delectat̃:
ſʒ btitudines dĩr ſolũ pfecta opa: q̃ ẽt rõne ſue
pfectiõis magis attribuunt̃ donis q̃ʒ v̇tutib⁹:
vt. ṡ. dcm̃ eſt. ¶ Ad primuʒ g̃ dõm: ꝙ rõ illa
ꝓbat ꝙ btitudines ſint fructus: nõ aũt ꝙ oẽs
fruct⁹ btitudines ſint. ¶ Ad ſcdm dõʒ: ꝙ fru
ctus vite eterne eſt ſimpl'r vltim⁹ ⁊ pfect⁹. ⁊
idõ in nullo diſtinguunt̃ a btitudine eterna fu
tura: fruct⁹ aũt pñtis vite nõ ſunt ſimpl'r vlti
mi ⁊ pfecti. ⁊ idõ nõ oẽs fructus ſunt btitudi
nes. ¶ Ad tertiũ dõʒ: ꝙ aliqd amplius eſt de
rõne btitudinis q̃ʒ de rõne fruct⁹: vt dcm̃ eſt.

¶ Utrum fructus cõuenienter enumerent̃ ab
apoſtolo. ¶ Articulus. III.

AD tertiũ ſic ꝓcedit̃. Videt̃ ꝙ ap'lus
incõuenienter enumeret ad Gal'. v.
duodeciʒ fruct⁹: alibi. n. dicit eẽ tm̃
vnũ fructũ pñtis vite ſʒ illud Ro.
vj. Habetis fructũ veſtrũ in ſanctificatiõe. Et
Eſa. xxvij. dr̃. Hic eſt oĩs fruct⁹: vt auferatur
pctm̃. nõ g̃ ponendi ſunt duodecim fructus.
¶ Preterea. Fructus eſt q ex ſpũali ſemine
exorit̃: vt dcm̃ eſt: ſʒ dñs Matth. xiij. ponit tri
plicẽ terre bone fructũ ex ſpũali ſemĩe ꝓueniẽ
tẽ. ſ. cẽteſimũ: ſexageſimũ: ⁊ trigeſimũ. g̃ nõ
ſũt ponẽdi duodeci fruct⁹. ¶ Preterea. Fru
ct⁹ hʒ in ſui rõne ꝙ ſit vltimũ ⁊ delectabile: ſʒ
rõ iſta nõ iueĩt i oĩb⁹ fructib⁹ ab ap'lo enuãtis:
patiẽtia. n. ⁊ lõganimitas vñr in reb⁹ ꝯtriſtãti
b⁹ eẽ: fides ãt ñ hʒ rõnẽ vltimi: ſʒ mag̃ rõnẽ pri
mi fundamẽti. ſupflue igr̃ h⁹ fruct⁹ enũerant̃.
¶ Sʒ ꝯ vr̃ ꝙ iſufficiẽter ⁊ diminutiue enũe
rant̃: dcm̃ eſt. n. ꝙ oẽs btitudines fruct⁹ dici
pñt: ſed nõ oẽs hic enumerant̃: nihil. n. hic po
nit̃ ad actũ ſapiẽ ptinẽs: ⁊ multarũ aliarũ vir
tutũ. g̃ videt̃ ꝙ inſufficienter enumerent̃ fru
ctus. ¶ Rñdeo dõm: ꝙ numerus duodecim
fructuũ ab ap'lo enumeratoꝝ ꝯueniens eſt. ⁊
põt ſignari per duodecim fructus de quibus

dicit Apocal. vltimo. Ex vtraq; parte flumi-nis lignū vite afferēs fruct⁹ duodecim. Quia vero fruct⁹ dr̄ qd̄ ex aliquo principio ꝓcedit: ſic ex ſemine vel radice attēdēda ē diſtinctio hoꝝ fructuū ſm̄ diuerſum ꝓceſſum ſpūs ſci in no-bis: q qdē ꝓceſſus attēdit̄ ſ; hoc: vt in primo mēs hoīs in ſeipā ordinet̄: ſcd̄o vero ordinet̄ ad ea q̄ ſunt iuxta: tertio vō ad ea q̄ ſunt infra. Tūc aūt bene mēs hoīs diſponit̄ in ſeipā: qn̄ mēs hoīs bn̄ ſe h; in bonis ⁊ in malis. pria āt diſpō mētis hūane ad bonū eſt p amorē: q eſt prima affectio: ⁊ oīu; affectionū radix: vt. ſ. dcm̄ eſt: ⁊ iō iter fruct⁹ ſpūs primo ponit̄ cha ritas: in qua ſpāliter ſpūs ſcūs dat̄ ſic in ꝓpria ſimilitudine: cū ⁊ ipſe ſit amor. Unde dr̄ Ro. v. Charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ nr̄is per ſpūz ſanctū q dat⁹ eſt nobis. Ad amorē āt cha ritatis ex neceſſitate ſeqt̄ gaudiū: oīs. n. amās gaudet ex ꝯiunctiōe amati: charitas aūt ſemp h; p̄ntē deū quē amat ſm̄ illud. j. Jo. iiij. Qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. Unde ſeq̄la charitatis eſt gaudiū: ꝑfectio aūt gaudij eſt pax q̄tū ad duo. Primo qdē q̄tu; ad qetē ab exteriorib⁹ ꝯturbantib⁹: nō. n. pōt ꝑfecte gaudere de bono amato q in ei⁹ fruitio ne ab alijs ꝑturbat̄. Et itex. Qui ꝑfecte cor h; in vno pacatū: a nullo alio moleſtari pōt: cu; alia q̄ſi nihil reputet: vn̄ dr̄ in pſal. Pax mlta diligētib⁹ nomē tuū: ⁊ nō eſt illis ſcādalū: q; . ſ. ab exteriorib⁹ nō ꝑturbāt̄: qn deo fruant̄. Se cundo q̄tū ad ſedationē deſiderij fluctuātis: nō. n. ꝑfecte gaudet de aliquo cui nō ſufficit id de quo gaudet. hec āt duo iportat pax. ſ. vt ne q; ab exteriorib⁹ ꝑturbemur. ⁊ vt d̄ſideria nr̄a ꝯqeſcant in vno: vn̄ poſt charitatē ⁊ gaudiu; tertio ponit̄ pax. In malis aūt bene ſe h; mēs q̄tu; ad duo. Primo qdē vt nō ꝑturbet̄ mēs per imminētiā maloꝝ qd̄ ꝑtinet ad patiētiā. Se cundo vt nō ꝑturbet̄ in dilatiōe bonoꝝ: qd̄ ꝑti net ad lōganimitatē. nā carere bono h; rōnem mali: vt dr̄ iii. v. ethi. ad id aūt qd̄ eſt iuxta ho-minē. ſ. ꝓximū: bene diſponit̄ mēs hoīs: prio qdē q̄tu; ad voluntatē bn̄ faciendi: ⁊ ad hoc ꝑtinet bonitas. ſcd̄o q̄tu; ad bn̄ficiētie execu-tionē: ⁊ ad hoc ꝑtinet benignitas: dn̄r. n. beni-gni quos bonus ignis amoris feruere facit ad bn̄faciēdum ꝓximis. Tertio q̄tum ad hoc ꝙ equanimiter tollerent̄ mala ab eis illata. ⁊ ad hoc ꝑtinet manſuetudo q̄ cohibet iras. Quar to q̄tum ad hoc ꝙ nō ſolū per iras ꝓximis nō noceam⁹: ſ; ēt neq; per fraudē vl̄ ꝑ dolū: ⁊ ad

h ꝑtinet fides ſi ꝓ fidelitate ſumat̄: ſ; ſi ſumat̄ ꝓ fide q̄ credit̄ in deū: ſic ꝑ hāc ordinat̄ hō ad id qd̄ ē ſup̄ ſe: vt. ſ. hō itellm̄ ſuū deo ſubijciat ⁊ per ꝯn̄s oīa q̄ ipſius ſunt: ſ; ad id qd̄ infra eſt bene diſponit̄ hō. primo qdē q̄tū ad exterio-res actiōes ꝑ modeſtiā: q̄ in oībus dictis factis ⁊ modū obſeruat q̄tū ad iteriores ꝯcupiſcen tias ꝑ ꝯtinentiā ⁊ caſtitatē: ſiue hec duo diſtin guant̄ ꝑ hoc ꝙ caſtitas refrenat hoīem ab illi-citis: ꝯtinentia vō a licitis: ſiue ꝑ hoc ꝙ ꝯtinēs patit̄ ꝯcupiſcētias: ſ; nō deducit̄: caſtus autē neq; patit̄: neq; deducit̄. ¶ Ad primum ḡ di-cendu;: ꝙ ſanctificatio fit per oēs virtutes per quas ēt peccata tollunt̄: vn̄ fruct⁹ ibi ſingula-riter noīant̄ ꝑꝑ virtutē gn̄is: qd̄ in multas ſpēs diuidit̄: ſm̄ q̄s dn̄r multi fruct⁹. ¶ Ad ſcd̄m dd̄m: ꝙ fructus centeſimus: ſexageſimus: ⁊ trigeſimus nō diuerſificant̄ ſ; diuerſas ſpēs virtuoſoꝝ actuū: ſed ſm̄ diuerſos ꝑfectionis gradus etiā vnius virtutis: ſic ꝯtinētia ꝯiuga-lis dr̄ ſignificari ꝑ fructum trigeſimū: ꝯtinētia vidualis ꝑ ſexageſimū: virginalis āt ꝑ centeſi-mu;. Et alijs ēt modis ſancti diſtinguūt tres euāgelicos fructus ſm̄ tres gradus virtutis: ⁊ ponunt̄ tres gradus: q; cuiuſlibet rei ꝑfectio attēdit̄ ſm̄ pricipiū mediu; ⁊ finē. ¶ Ad ter-tiu; dd̄;: ꝙ hoc ipſm qd̄ eſt in triſtitijs nō ꝑtur bari rōnē delectabilis h;: ⁊ fides ēt ſi accipiat̄ ꝓut eſt fundamētū h; q̄dā rōnē vltimi ⁊ de-lectabilis ſm̄ ꝙ ꝯtinet certitudinē. Un̄ glo. ex-ponit fides. i. de inuiſibilibus certitudo. ¶ Ad q̄rtū dd̄;: ꝙ ſic Aug. dic̄ ſup ep̄lam ad Gal. ap̄lus nō h ita ſuſcepit: vt doceret quot ſūt vl̄ opa carnis vl̄ fruct⁹ ſpūs: ſ; vt oſn̄deret in quo gn̄e illa vitāda: illa vō ſectanda ſunt. Un̄ po-tuiſſent vel plures: vl̄ ēt pauciores fruct⁹ enu merari: ⁊ tn̄ oēs donoꝝ ⁊ virtutu; act⁹ pn̄t ſm̄ q̄dā ꝯueniētia; ad hec reduci: ſm̄ ꝙ oēs virtu tes ⁊ dona neceſſe eſt ꝙ ordinēt mētē aliquo ꝑdictoꝝ modoꝝ: vn̄ ⁊ act⁹ ſapie ⁊ quorūcūq; donoꝝ ordinātū ad bonū reducunt̄ ad chari-tatem: gaudiū: ⁊ pacē. Ideo tn̄ potius hec q̄ alia enumerauit: q; hic enumerata magis im-portant vel fruitionē bonoꝝ: vel ſedationem maloꝝ: qd̄ videt̄ ad rōnē fructus ꝑtinere.

¶ Utx fruct⁹ ſpūs ſancti ꝯrient̄ opib⁹ carnis.

¶ Articulus. IIII.

AD q̄rtū ſic ꝓcedit̄. Uidet̄ ꝙ fruct⁹ nō ꝯrient̄ opib⁹ carnis: q̄ ap̄lus enu merat. Cōtraria. n. ſūt in eodē gn̄e: ſ; opa carnis nō dn̄r fruct⁹. ḡ fructus ſpūs eis nō ꝯriant̄.

nõ ꝯriant. ¶ Preterea. Unũ vni ẽ ꝯriũ ꝫ plura enũerat apl'us opa carnis q̃ȝ fructꝰ ſpũs. ḡ fructꝰ ſpũs ⁊ opa carnis nõ ꝯriant. ¶ Preterea. Inter fructꝰ ſpũs prima ponunt charitas gaudiũ ⁊ pax: qbꝰ nõ corrñdẽt ea q̃ prio enumerant iter opa carnis: q̃ ſunt fornicatio: imũdicia: ipudicitia. ḡ fructꝰ ſpũs nõ ꝯriant opibꝰ carnis. ¶ Sȝ ꝯ eſt qḋ apl'us dic ibidẽ: ꝙ caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̃: ⁊ ſpũs aduerſus carnẽ. ¶ Rñdeo dõȝ: ꝙ opa carnis ⁊ fructꝰ ſpũs pñt accipi dupl'r. Uno mõ ſm cõem rõnẽ. ⁊ h̃ mõ in cõi fructꝰ ſpũs ſcti ꝯriant opibꝰ carnis: ſpũs.n. ſctũs mouet hũanã mẽtẽ ad id qḋ eſt ſm rõnẽ: vel potiꝰ ad id qḋ eſt ſupra rõnẽ: appetitꝰ ãt carnis q ẽ appetitꝰ ſenſitiuꝰ trahit ad bona ſenſibilia q̃ ſunt infra hoiem. vñ ſic motus ſurſum: ⁊ motꝰ deorſuȝ ꝯriant in nãlibꝰ: ita in opibꝰ hũanis ꝯriant opa carnis fructibꝰ ſpũs. Alio mõ pñt ꝯſiderari ſm ꝓprias rõnes ſinguloꝝ fructuũ enũeratoꝝ: ⁊ operũ carnis. ⁊ ſic nõ oȝ ꝙ ſingula ſingulis ꝯ ponant: qꝛ ſicut dcm̃ eſt: apl'us nõ intẽdit enũerare oĩa opa ſpiritualia: nec oĩa opa carnalia. Sȝ tñ ſm q̃ȝdaȝ adaptationẽ Aug. ſup ep'lam ad Gal. ꝯponit ſingulis opibꝰ carnis ſingulos fructꝰ: ſic fornicatiõi q̃ ẽ amor explẽde libidinis a legitimo ꝯnubio ſolutꝰ opponit charitas: ꝑ quã aĩa ꝯiũgit deo i q̃ ẽt ẽ vera caſtitas: imũdicie ãt ſunt oẽs ꝑturbatiões de illa fornicatõe ꝯcepte: qbꝰ gaudiũ trãqlitat oppõit. Idoloꝝ ãt ſuitus: ꝑ quã bellũ ẽ geſtũ adũſus euãgl'ȝ dei: opponit paci: ꝯ veneficia ãt inimicitias ⁊ ꝯtẽtiões: aioſitates: emulatões: ⁊ diſſenſiões opponũt lõganimitas ad ſuſtinẽdũ mala hoiuȝ iter quos viuimꝰ: ⁊ ad curãdũ benignitas: ⁊ ad ignoſcẽdũ bõitas: hereſibꝰ ãt oppõit fides: inuidie: mãſuetudo: ebrietatibꝰ ⁊ ꝯmeſſatiõibꝰ ꝯtinentia. ¶ Ad primũ ḡ dõm: ꝙ id qḋ ꝓcedit ab arbore ꝯ nãȝ arboris ñ dr ẽẽ fructꝰ eiꝰ: ꝫ magis corruptio q̃dã. Et qꝛ ꝟtutũ opa ſunt ꝯnãlia rõni: opa ꝟo vitioꝝ ſũt ꝯ rõnẽ. iõ opa ꝟtutũ fructꝰ dñr: ñ ãt opa vitioꝝ. ¶ Ad ſcḋȝ dõȝ: ꝙ bonũ ꝯtigit vno mõ: malũ ꝟo oĩfariã: vt Dio. dic. iiij.c. ḋ di. no. vñ ⁊ vni ꝟtuti pl'a vitia opponũtur: ⁊ ꝑ ꝑ h̃ ñ ẽ miꝝ ſi pl'a ponũt opa carnis q̃ȝ fructꝰ ſpũs. ¶ Ad tertiũ pȝ ſolutio ex dictis.

¶ De vitijs ⁊ peccatis. ¶ Qõ. LXXI.

Onſequẽter ꝯſiderãdũ eſt de vitijs ⁊ peccatis. ¶ Circa q̃ ſex cõſiderãda occurrũt. ¶ Primo quidem de ipſis vitijs ⁊ peccatis ſcḋȝ ſe. ¶ Scḋo ḋ diſtinctiõe eoꝝ. ¶ Tertio de ꝯparatiõe eoruȝ adinuicẽ. ¶ Quarto de ſubo peccati. ¶ Quinto ḋ cã eius. ¶ Sexto de effectu ipſius. ¶ Circa primũ queruntur ſex. ¶ Primo vtꝝ vitiũ ꝯriet virtuti. ¶ Scḋo vtꝝ vitiuȝ ſit ꝯ nãm. ¶ Tertio qd ſit peius: vtꝝ vitiuȝ vel actus vitioſus. ¶ Quarto vtrũ actꝰ vitioſus poſſit ẽẽ ſil' cũ ꝟtute. ¶ Quinto vtꝝ in oĩ pctõ ſit aliqs actꝰ. ¶ Scḋo de diffõne pcti: quã Aug. ponit. xxij. ꝯ Fauſtum. Pctm̃ eſt dcm̃ vel factuȝ vel ꝯcupitũ ꝯ legẽ eternã.

¶ Utrum vitiuȝ contrarietur virtuti. ¶ Articu. I.

Ad primũ ſic ꝓcedit. Uidet ꝙ vitiũ nõ cõtrariet ꝟtuti. Uni.n. vnũ eſt ꝯriũ vt ꝓbat in. x. metaph. ſed ꝟtuti ꝯriant pctm̃ ⁊ malitia. non ḡ ꝯriat ei vitiũ: qꝛ vitiũ dr ẽt ſi ſit idebita diſpoſitio mẽbroꝝ corporaliũ. vel q̃rũcũq; reꝝ. ¶ Preterea. Uirtus nominat q̃ȝdaȝ ꝑfectionẽ potẽtie: ꝫ vitium nihil nominat ad potẽtiã ꝑtinẽs ḡ vitiũ nõ ꝯriat ꝟtuti. ¶ Preterea. Tullius dicit in. iiij. de tuſculanis q̃nibus: ꝙ virtus eſt q̃dã ſanitas aĩe: ſanitati aũt opponit egritudo vel morbꝰ magis q̃ȝ vitiũ. ḡ ꝟtuti nõ ꝯriatur vitiũ. ¶ Sȝ ꝯ eſt qḋ dicit Aug. in li. de ꝑfectiõe iuſtitie: ꝙ vitiũ eſt q̃litas: ſm quã malus eſt animus: ꝟtus ãt eſt q̃litas q̃ facit bonũ hñtẽ: vt ex ſupra dictis pȝ. ḡ vitiũ ꝯriat virtuti. ¶ Rñdeo dõm: ꝙ circa ꝟtutẽ duo poſſumus ꝯſiderare. ſ. ipam eẽntiã ꝟtutis: ⁊ id ad qḋ eſt ꝟtus. In eẽntia qdẽ ꝟtutis aliqd ꝯſiderari põt directe: ⁊ aliqd ex ꝯſequẽti. Directe qdẽ ꝟtus iportat diſpõnem q̃ȝdã alicuius ꝯuenienter

Qõ. LXXI.

In titulo. q. 71. ⁊ articuloꝝ aduerte nouitie: ꝙ lȝ tractãdo de ꝟtutibꝰ nõ fuerit diſtinctuȝ de ꝟtutis hitu: ⁊ actu eiꝰ i vocabulis: qꝛ caremus illis noibꝰ: tñ in tractatu habemꝰ noĩa: ⁊ vitij quidẽȝ noĩe hituȝ vitij ſignificamus. Pcti aũt nomine actuȝ ipſum vitij ꝓpter quod autor vtrũq; ꝓponit in pricipio q̃ö. ⁊ in articulis diſtincte q̃rit de eis. attẽtus ḡ eſto quãdo de vitio: et qñ de pctõ eſt ſermo.

¶ Articu. I.

In primo articulo memor eſto doctrine poſterioriſtice ḋ per ſe pmo: et ꝑ ſe ſcḋo etiã eſſentialiter: ⁊ videre poteris ꝙ ſicut homini cõuenit pmo rõnabile: ⁊ ꝯñter animal: ita virtuti ſua dr̃ntia conſtitutiua: ⁊ ꝯñter cõe predicatum eſſentiale. ſ. ẽẽ bonitatem: manda quoq; memorie oppõnes: ⁊ diſtinctionem horum trium vitij: peccati ⁊ malitie: vt poſſis intelligere ſequentia.

¶ Articu. II. In articulo 2° eiuſdez 7ᵉ q. i riſiõe ad 3ᵐ aduerte q argumētū eſt arduū: ⁊ flebilez īgerēs difficultatē de ea quā expimur ī nr̃a ſpecie ſingulari miſeria. Admirādū qppe eſt q quū oībꝰ ſpēbꝰ q̄s videmus tā īfra q̄ ſupra hominē ſtatuituz ſit bonū: vt in pluribus ſola hūana nā ī hac iacet miſeria vt malū habeat vt pluribus: et bonum vt paucioribus: ⁊ eſt ſermo de malo contra naturam: ⁊ bono ſꝫ naturaꝫ. Et auctor ex Ariſtot. 9. ethicoꝝ. ſoluit dicēs: q cā huiꝰ exorbitantie ē dualitas naturarū ſubordinatarū in homie: quarū vna ꝯriaꝫ alteri. Ex h̄ nāq ꝙ ī hoīe ē rō ⁊ ſenſus: et caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpūm: ⁊ a bono ſenſus īchoamus adiūcto illo alio pncipio: ſꝫ plures ſunt inchoantes q̄ ꝯſumantes maniſeſte ſequiꝫ: ꝙ ples ſequunꝫ bona ſm nām ſenſitiuā: q̄ ꝯuenientes ad ſe quendū bonū ſm naturaꝫ rationalem. Ex hoc autem aliquis malū cõ

ſe hñtis ſm modum ſue nāe. Unde phs dicit in. vij. phyſi. ꝙ ꝟtus ē diſpō pfecti ad optimū: dico aūt pfecti qḋ eſt diſpoſitū ſm nām. Ex ꝯñti aūt ſequiꝫ ꝙ ꝟtus ſit bonitas q̄dā in hoc. n. ꝯſiſtit vniuſcuiuſqꝫ rei bonitas ꝙ ꝯuenienter ſe hꝫ ſꝫ modū ſue nāe. Jd āt ad qḋ ꝟtus ordinaꝫ eſt actus bonꝰ: vt ex ſupra dictis pꝫ: ſm hoc igiꝫ tria inueniunꝫ opponi virtuti: quoꝝ vnum eſt pctm̄: qḋ opponiꝫ ſibi ex pte eius ad qḋ ꝟtus ordinaꝫ: nā pctm̄ ppꝛie nominat actū inordinatū: ſicꝫ actus ꝟtutis eſt actus ordinatus ⁊ debitus: ſm aūt ꝙ ad rõnem ꝟtutis ꝯſequiꝫ ꝙ ſit bonitas q̄dā: opponiꝫ ꝟtuti malitia: ſed ſm id qḋ directe eſt de rõne ꝟtutis: opponiꝫ ꝟtuti vitiū: vitiuz. n. vniuſcuiuſqꝫ rei eſſe videꝫ ꝙ nō ſit diſpoſita ſꝫ ꝙ ꝯuenit ſue nāe. Uñ Augu. dicit in. iij. de libero arbitrio. Qḋ pfectioni nāe deeſſe pſpexeris: id voca vitiū. ¶ Ad primū ḡ dḋꝫ: ꝙ illa tria nō ꝯriantur ꝟtuti ſm idē: ſꝫ pctm̄ qdē ꝯriaꝫ ſm ꝙ ꝟtus eſt opatiua boni. malitia aūt ſm ꝙ eſt bonitas q̄dā: vitiū aūt ppꝛie ſꝫ ꝙ eſt ꝟtus. ¶ Ad ſcḋꝫ dḋm: ꝙ virtus nō ſolū ipoꝛtat pfectionem potētie q̄ eſt principium agēdi: ſꝫ ēt ipoꝛtat debitam diſpōnē eius cuius eſt virtus: ⁊ hoc iō: q2 vnūqḋqꝫ opaꝫ ſm ꝙ actu eſt: reqriꝫ ḡ ꝙ aliqd ſit in ſe bene diſpoſitū qḋ dꝫ eſſe boni operatiuū. ⁊ ſm hoc virtuti vitiū opponiꝫ. ¶ Ad tertiū dḋm: ꝙ ſicut Tullius dicꝫ in. iiij. de tuſculanis q̄ōnibus: morbi ⁊ egrotationes partes ſunt vitioſitatis. in coꝛpoꝛibꝰ. n. morbū appellat totius coꝛpoꝛis coꝛruptionē: puta febrē vel aliqd hmōi: egrotationem ꝟo morbuꝫ cū ibecillitate: vitiuꝫ aūt cū partes coꝛpoꝛis inter ſe deſſident. Et q̄uis i coꝛpoꝛe q̄nqꝫ ſit moꝛbꝰ ſine egrotatione: puta cū aliqs eſt interius male diſpoſitus: nō tñ exterius ıꝑpediꝫ a ſolitis opatiōibꝰ. Jn animo tñ vt ipſe dicit hec duo nō pñt niſi cogitatōe ſecerni. Neceſſe eſt. n. ꝙ q̄nqꝫ aliqs interius eſt male diſpoſitus hñs inoꝛdinatuꝫ affectuꝫ ꝙ ex hoc ibecillis reddaꝫ ad debitas opationes exercendas: q2 vnaqueqꝫ arboꝛ ex ſuo fructu cognoſciꝫ. i. hō ex opere: vt dicitur Matth. xij. ſed vitiū animi: vt Tullius ibidē dicit: eſt habitus aut affectio animi in tota vita incōſtās: ⁊ a ſeipa diſſentiēs: qḋ qdē ineniꝫ ēt abſqꝫ moꝛbo vel egrotatione: vtpote cū aliquis ex infirmitate vel ex paſſione peccat: vñ in plus ſe hꝫ vitiū q̄ egrotatio vel moꝛbus: ſicut ēt ꝟtus in plus ſe hꝫ q̄ ſanitas: nā ſanitas ēt q̄dā ꝟtus poniꝫ in. vij. phyſi. ⁊ iō ꝟtuti ꝯuenientiꝰ opponiꝫ vitiū q̄ egrotatio vel moꝛbꝰ.

¶ Utrū vitiū ſit ꝯtra nām. ¶ Articu. II.

Ad ſcḋm ſic pceditꝫ. Videꝫ ꝙ vitium nō ſit ꝯtra nām. Vitiū. n. ꝯriaꝫ ꝟtuti vt dcm̄ eſt: ſed ꝟtutes nō ſunt in nobis a nā: ſed cāꝫ in nobis per infuſionem: aut ab aſſuetudine: vt dcm̄ eſt: ḡ vitia nō ſunt ꝯtra nām. ¶ Preterea. Ea q̄ ſunt cōtra nāꝫ nō pñt aſſuefieri: ſicut lapis nūq̄ aſſueſcit ferri ſurſum: vt dicitꝫ in. ij. ethi. ſꝫ aliqui aſſuefiunt ad vitia. ḡ vitia nō ſunt ꝯtra nāꝫ. ¶ Preterea. Nihil qḋ eſt ꝯtra nāꝫ inueniꝫ in hñtibꝰ illā nām vt in pluribus: ſed vitia inueniunꝫ in hoibus: vt in pluribꝰ: q2 ſicut dꝛ Matth. vij. Lata eſt via q̄ ducit ad pditionez ⁊ multi vadunt p eā. ḡ vitiū nō ē ꝯtra nām. ¶ Preterea. Peccatū cōparaꝫ ad vitiū ſicꝫ actꝰ ad habitū. vt ex ſupradictis pꝫ: ſꝫ pctm̄ diffiniꝫ eſſe dcm̄ vel factū vel ꝯcupitū ꝯtra legeꝫ dei: vt pꝫ per Aug. xxij. ꝯtra Fauſtuꝫ. lex aūt dei eſt ſupra nām. magis ḡ dḋm eſt ꝙ vitiū ſit ꝯtra legē q̄ ꝙ ſit ꝯtra nām. ¶ Sed ꝯtra eſt qḋ Aug. dicit in. iij. de libero arbitrio. Omne vitiū coīpo ꝙ vitiū eſt: ꝯtra nāꝫ eſt. ¶ Rñdeo dḋm: ꝙ ſicut dcm̄ eſt: vitiū ꝟtuti ꝯtrariaꝫ: ꝟtus aūt vniuſcuiuſqꝫ rei cōſiſtit in hoc ꝙ ſit bene diſpoſita ſm ꝯuenientiā ſue nāe: vt. s̄. dcm̄ eſt: vñ opꝫ ꝙ in q̄libet re vitiū dicaꝫ ex hoc ꝙ eſt diſpoſita ꝯtra id qḋ ꝯuenit nāe: vñ ⁊ de hoc vnaq̄qꝫ res vituperaꝫ. a vitio aūt nomē vituperatiōis detractū crediꝫ: vt Aug. dicit in. vj. de libero arbitrio. ¶ Sed ꝯſiderandum eſt ꝙ nā vniuſcuiuſqꝫ rei potiſſime eſt foꝛma ſm quam res

ſpēm

ſpẽm ſortit̃: hõ aũt in ſpẽ ↄſtituit̃ p aĩam rõna
lem. ꝛ iõ id qḋ eſt ↄ̃ ordinẽ rõnis ꝓprie eſt cõ
tra nãm hoĩs inquãtũ eſt hõ: qḋ aũt eſt ƀʒ rõ
nem. eſt ƀm nãm hoĩs inquãtũ eſt hõ. bonuʒ
aũt hoĩs eſt ƀʒ rõnẽ eſſe: ꝛ malũ hoĩs eſt p̃ter
rõnẽ eſſe vt Dionyſ. dicit. iiij. c. de diui. no. vñ
v̾tus hũana q̃ hoĩeʒ facit bonũ: ꝛ opus ipſius
bonũ reddit intñ eſt ƀm nãm hoĩs inquãtum
ↄuenit rõni. vitiũ aũt intñ eſt cõtra nãm hoĩs
inquãtũ eſt ↄtra ordinẽ rõnis. ℂ Ad primũ ḡ
dõm: ꝙ v̾tutes ꝛ ſi nõ cãent̃ a nã ƀm ſuũ eſſe
pfectũ. tñ inclinãt ad id quo eſt ƀm nãm. i. ƀm
ordinẽ rõnis. Dicit. n. Tullius in ſua rhetori-
ca. ꝙ virtus eſt habitus in modũ nãe rõni cõ-
ſentaneus: ꝛ hoc mõ v̾tus dicit̃ eſſe ƀm nãʒ:
ꝛ per ↄ̃rium intelligit̃ ꝙ vitiũ ſit contra nãm.
ℂ Ad ſcdm dõm: ꝙ phus ibi loquitur de his
que ſunt cõtra naturã ƀm ꝙ eſſe cõtra naturaʒ
opponit̃ ei qḋ eſt eſſe a natura: non aũt ƀm ꝙ
eſt contra naturam opponit̃ ei qḋ eſt eſſe ƀm
naturaʒ: eo modo quo virtutes dicuntur eſſe
ƀm naturam: inquãtum inclinant ad id qḋ na
ture ↄuenit. ℂ Ad tertiũ dõʒ: ꝙ in hoĩe eſt
duplex nã. ſ. rõnalis ꝛ ſenſitiua. Et q: per ope
rationẽ ſenſus hõ ꝑuenit ad actus rõnis: ideo
plures ſequunt̃ inclinationes nãe ſenſitiue q̃ʒ
ordinẽ rõnis: plures. n. ſunt q̄ aſſequunt̃ prin-
cipiũ rei q̃ʒ qui ad ↄſumatõeʒ ꝑueniũt: ex hoc
aũt ꝙ vitia ꝛ peccata in hoĩbus ꝓueniũt ꝙ ſe
quunt̃ inclinationẽ nãe ſenſitiue ↄtra ordineʒ
rõnis. ℂ Ad q̃rtũ dõm: ꝙ qcqd eſt ↄtra rõnẽ
artificiati. eſt ẽt ↄtra nãʒ artis: q̃ artificiatũ ꝓ-
ducit̃: lex aũt eterna cõparat̃ ad ordineʒ rõnis
hũane ſicut ars ad artificiatũ. vñ eiuſdẽ rõnis
eſt ꝙ vitiũ ꝛ pctm̃ ſit ↄtra ordinẽ rõnis hũane
ꝛ ꝙ ſit ↄtra legẽ eternã. Unde Aug. dic̃ in. iij.
de libero arbitrio ꝙ a deo hñt oẽs nãe ꝙ nãe
ſunt: ꝛ intñ ſunt vitioſe inquãtũ ab eius qua
facte ſunt arte diſcedunt.

ℂ Utrꝫ vitiũ ſit pei⁹ q̃ʒ pctm̃. Articu. III.

AD tertiũ ſic ꝓcedit̃. Uidet̃ ꝙ vitium
. i. habitus malus ſit peius q̃ʒ pctm̃. i.
actus malus. Sicut. n. bonuʒ qḋ eſt
diuturnius eſt melius: ita malum qḋ
eſt diuturnius eſt peius. ſed habit⁹ vitioſus
eſt diuturnius q̃ʒ actus vitioſi qui ſtatim tran
ſeunt. ḡ habitus vitioſus eſt peior q̃ʒ actus vi
tioſus. ℂ Preterea. Plura mala ſunt magis
fugienda q̃ʒ vnũ malũ: ſʒ habitus malus vir-
tualiter eſt cã multorũ malorũ actuũ. ḡ habi-
tus vitioſus eſt peior q̃ʒ act⁹ vitioſus. ℂ Pre
terea. Cauſa eſt potior q̃ʒ affe
ctus: ſʒ habitus pficit actũ taʒ
in bonitate q̃ʒ in malitia. ḡ ha-
bitus eſt potior actu: ꝛ in bo-
nitate ꝛ in malitia. ℂ Sed cõ-
tra ꝓ actu vitioſo aliqs iuſte
punit̃: nõ aũt pro habitu vitio
ſo ſi nõ ꝓcedat ad actũ. ḡ actus
vitioſus eſt peior q̃ʒ habitus
vitioſus. ℂ Rñdeo dõm: ꝙ
habitus medio mõ ſe hʒ inter
potentiã ꝛ actũ. Manifeſtuʒ
eſt aũt ꝙ actus in bono ꝛ ma
lo p̃eminet potentie vt dicit̃ in
ix. metaph. melius eſt. n. bene
agere q̃ʒ poſſe bene agere: ꝛ ſi
militer vituperabilius eſt ma-
le agere q̃ʒ poſſe male agere.
vñ etiã ſequit̃ ꝙ habitus in bo
nitate: ꝛ in malitia mediũ gra
dum obtineat inter potentiaʒ
ꝛ actũ: vt. ſ. ſicut habitus bo-
nus vel malus p̃eminet in bo-
nitate vel malitia potentie: ita
etiã ſubdit̃ actui: qḋ ẽt ex hoc
apparet ꝙ habitus nõ dicitur
bonus vl' malus niſi ex hoc ꝙ
inclinat ad actũ bonũ vel ma-
lum. vñ ꝑꝑ bonitatẽ vel mali-
tiam actus dicit̃ habitus bon⁹
vel malus. ꝛ ſic potior eſt act⁹
in bonitate vel malitia q̃ʒ habi
tus: q: ꝑꝑ qḋ vnũqḋqꝫ tale: ꝛ
illud magis eſt. ℂ Ad primũ
ḡ dõm: ꝙ nihil prohibet aliqd
eẽ ſimplr' altero potius: qḋ tñ
ƀm qd ab eo deficit: ſimplr'. n.
poti⁹ iudicat̃ qḋ p̃eminet q̃ʒ-
tuʒ ad id qḋ per ſe ↄſiderat̃ in
vtroqꝫ: ƀʒ qd aũt qḋ p̃eminet
ƀm id qḋ per accñs ſe habʒ ad
vtrũqꝫ: oñſum eſt aũt ex ipſa
rõne actus ꝛ habitus ꝙ actus
eſt potior in bonitate ꝛ malitia
q̃ʒ habitus: ꝙ aũt hitus ſit diu
turnior q̃ʒ actus: accidit ex eo
ꝙ vtrũqꝫ inenit̃ in tali nã que
nõ põt ſemper agere: ꝛ cuius
actio eſt in motu trãſeũte: vñ
ſimplr' actus eſt potior tam in
bonitate q̃ʒ in malitia: ſed ha-

tra naturaʒ ra
tionalem icur-
rit: q: inſenſi-
tiue nature bo
nis quieſcit: eſt
etiaʒ ꝛ alia ex
eadẽ radice ra
tio: quia ſcʒ na
ture ſenſitiue
bona ſunt quo
ad nos magis
ↄnãlia vtpote
ab incũte eta-
te in vſu ꝛ ma
gis nota: vtpo-
te euidẽti expi
entia ſenſuum
ꝛ magl' mouẽ-
tia: ꝛ rõne ꝓm
pte delectatio
nis ꝛ rõne imĩ
nẽtis oppoſiti
contriſtãtis in
ꝓmptu: rõnis
aũt bonũ poſt
etateʒ ꝑcipe: ꝛ
pax cogitat̃ et
pax mouet tã
ipm q̃ʒ oppo-
malũ tã culpe
q̃ʒ pene vt ex-
ꝑimur: oñdit
aũt hec hũane
nãe ifelicitas
ipſam non eſſe
eiuſdẽ nãe cuʒ
alijs q̃s vide-
mus. ſʒ altiorẽ
ingredi rex or
dinẽ: pax tñ ĩ
illo ꝑticipãdo.

ℂ Articu. III.

IN arti-
culo 3°
in
riſione ad p̃m
nota qd p ſe: et
qd p accñs in
hitu: ꝛ actu in-
ſtra doctrinã i
corpe articuli:
vt ſcias diſcer
nere quum de
nobilitate ha-
bitus ꝛ actus ẽ
diſceptatio: ꝓ-
pter qḋ reſpon
ſio ad tertiuʒ
ꝛ ſi ſolũ loqua-
tur comparan-
do actum ꝛ ha
bituʒ in nobili
tate ꝛ malitia:

bitus eſt potior ſm qd. ¶ Ad ſcdm dicendum: q habitus nó eſt ſimplr plures actus: ſz ſm qd .i. virtute vn̄ ex hoc nó pōt ↄcludi q habitus ſit ſimplr potior in bonitate vel malitia q̄z act⁹. ¶ Ad tertiū dicendum: q habitus eſt cā act⁹ in gn̄e cāe efficiētis: ſz act⁹ eſt cā habitus in gn̄e cāe finalis: ſz quā ↄſideraṫ rō boni τ mali: τ iō in bonitate τ malitia act⁹ p̄eminet habitui.

¶ Utrum peccatuȝ ſimul poſſit eē cū virtute. Arti. IIII.

Ad quartū ſic pceditur. Videtur q actus vitioſus ſiue pctm̄ nó poſſit ſimul eſſe cū virtute. Contraria.n.nó pn̄t eſſe ſimul in eodē: ſed pctm̄ quodāmō ↄrariaṫ virtuti: vt dcm̄ eſt. ergo pctm̄ nó pōt ſimul eſſe cū virtute. ¶ Preterea. Pctm̄ eſt peius q̄z vitiū.i. actus malus q̄z habitus malus: ſz vitiū nó pōt ſimul eſſe in eodeȝ cū virtute. ergo neqȝ pctm̄. ¶ Preterea. Sicut pctm̄ accidit in rebus volūtarijs: ita τ in rebus nālibus: vt diciṫ in.ij.phyſi. ſed nunq̄z in rebus nālibus accidit pctm̄ niſi per aliquā corruptionē virtutis nālis: ſicut mōſtra accidūt corrupto aliquo pricipio in ſemine: vt diciṫ in.ij. phyſi. ergo et in rebus volūtarijs nó accidit pctm̄ niſi corrupta aliq̄ virtute aīe. τ ſic pctm̄: τ virtus nó pn̄t eſſe in eodem. ¶ Sed ↄtra eſt q phs dicit in.ij.ethi. q per cōtraria virtus generaṫ: τ corrūpiṫ: ſed vnus actus virtuoſus nó cāt virtutē: vt ſupra habituȝ eſt. ergo neqȝ vnus actus peccati tollit virtutē. pn̄t ergo ſimul in eodē eſſe. ¶ Rn̄deo dicendum: q pctm̄ cōparaṫ ad virtuteȝ ſicut actus malus ad habitū bonū: alr aūt ſe hȝ habitus in aīa: τ forma in re nāli: forma.n.naturalis ex neceſſitate producit operationē ſibi ↄuenientē: vn̄ non pōt eſſe ſimul cū forma nāli actus forme cōtrarie. ſicut nó pōt eſſe cum calore actus infrigidationis: neqȝ ſimul cum leuitate motus deſcenſionis niſi forte ex violētia exterioris mouētis: ſz habitus in aīa nó ex neceſſitate pducit ſuā operationē: ſed hō vtiṫ eo cū voluerit: vn̄ ſimul habitu in hoīe exiſtēte pōt nó vti habitu aut agere ↄtrium actū: τ ſic pōt hn̄s virtutē pcedere ad actū peccati: actus vero peccati ſi ↄparaṫ ad ipſam virtutem put eſt habitus qdam: nó pōt ipſam corrūpere ſi ſit vnus tm̄: ſicut.n.nó generaṫ habitus per vnū actū: ita nec per vnum actū corrūpiṫ: vt ſupra dcm̄ eſt. Sed ſi cōpareṫ actus pcti ad cām virtutū: ſic poſſibile eſt q per vnū actū pcti aliq̄ virtutes corrūpanṫ: qdlibȝ.n.pctm̄ mōtale ↄtrariaṫ charitati: que eſt radix oium virtutum infuſaꝝ inquātū ſunt virtutes: τ ideo per vnuȝ actum pcti mortalis excluſa charitate excluduṫ per ↄn̄s oēs virtutes infuſe inquātum ſunt virtutes: τ hoc dico pꝑter fideȝ τ ſpem: quaꝝ habitus remanent informes poſt pctm̄ mortale: τ ſic nó ſunt virtutes: ſed pctm̄ veniale qd nó ↄtrariaṫ charitati nec excludit ipſam: per ↄn̄s etiā nó excludit alias virtutes: virtutes vero acqſite nó tolluṫ p vnū actuȝ cuiuſcunqȝ peccati. Sic igiṫ pctm̄ mortale nó pōt ſimul eſſe cū virtutibus infuſis pōt tm̄ ſimul eſſe cū virtutibus acquiſitis: peccatum vero veniale pōt ſimul eſſe τ cum virtutibus infuſis: τ cū acqſitis. ¶ Ad primū ergo dicendum: q pctm̄ nó ↄrariaṫ virtuti ſm ſe: ſed ſȝ ſuū actū: τ ideo pctm̄ nó pōt ſimul eſſe cum actu virtutis: pōt tm̄ ſimul eſſe cum habitu. ¶ Ad ſcdm dicendum: q vitiū directe ↄrariaṫ virtuti: ſicut τ pctm̄ actui virtuoſo: τ iō vitiū excludit virtutē: ſicut pctm̄ excludit actū virtutis. ¶ Ad tertiū dicendum: q virtutes nāles agunt ex neceſſitate: τ iō integra exiſtente virtute nunq̄z peccatum pōt in actū inueniri: ſz virtutes aīe nó pducūt act⁹ ex necītate: vn̄ nó eſt ſimilis rō.

¶ Utrum in quolibet peccato ſit aliqs actus. ¶ ¶ Articulus. V.

Ad qntū ſic pcediṫ. Videṫ q in quolibȝ peccato ſit aliqs actus. Sicut.n. meritū ↄparaṫ ad virtutē: ita pctm̄ ad vitiū cōparaṫ: ſed meritū nó pōt eſſe abſqȝ aliquo actu. ergo nec pctm̄ pōt eſſe abſqȝ aliquo actu. ¶ Preterea. Augu. dicit in libr. de libe. arbi. q oē pctm̄ adeo eſt voluntariū: qd ſi nó ſit voluntariū nó eſt pctm̄: ſed nó pōt eſſe aliquid

nō tn̄ negatuȝ ſic putes actū eē ſimplr nobiliorē hitu. Ex rōne.n. allata ſ corpe τ explanata ad pmū pȝ q act⁹ ſimpliciter ē nobilior et melior habitu: ſicut act⁹ ſimpliciter actu permixto potētie τ finis eo q ē ad finē ſimplr: ſm qd aūt inq̄tū per maneret i ſubiecto: τ habȝ in ſe vtualr actū: vt cā efficiens non incōueniṫ excellere: non enim pprie cā eſt vniuoca: vt ſortes platōis: ſȝ potius ſicut ſemē: quod eſt ſcdaria cā ſtrā vniuocam: ad eādē.n. ſpeciē ſpectat ſemen τ effectus τ habitus et actus: ſed effectus et actus pfectiores ſunt res talibus iſtrumētalibus cauſis q̄z ſuis effectib⁹.

¶ Arti. IIII.

In ar⁰ 4⁰ in reſpōſiōe ad 2ᵐ aduerte q argumento cōſiſtēte in hoc q ſi virtus nó eſt ↄpolis minori malo puta vitiō. ergo nec maiōi puta actui τc. rn̄det autor q ſcōpolitas nō ↄſurgit ex maiori vl minori bōitate vl malitia: ſȝ ex directa oppōe: magis it opponiṫ vitiuȝ vtuti q̄z pctm̄: τ iō τc.

quid voluntarium niſi per actum voluntatis. ergo omne peccatum habet aliquem actum. ¶ Preterea. Si peccatum eſſet abſq3 aliquo actu ſequeretur ꝙ ex hoc ipſo ꝙ aliquis ceſſat ab actu debito peccaret: ſed continue aliquis ceſſat ab actu debito: ille.ſ. qui nunq3 actum debitum operatur. ergo ſequeretur ꝙ continue peccaret: quod eſt falſum. nõ ergo eſt aliquod peccatu3 abſq3 actu. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Jacobi.iiij. Scienti bonum facere ⁊ non facienti peccatum eſt illi: ſed nõ facere non importat aliquem actum. ergo peccatum poteſt eſſe abſq3 actu. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ queſtio iſta principaliter mouetur propter peccatum omiſſionis: de quo aliqui diuerſimode opinantur. Quidam eni3 dicunt ꝙ in omni peccato omiſſionis eſt aliquis actus: vel interior: vel exterior. interior quidem ſicut cum aliquis vult non ire ad eccleſiam quando ire tenetur: exterior autem ſicut cum aliquis illa hora qua ad eccleſiam ire tenetur: vel etiam ante occupat ſe talibus quibus ab eundo ad eccleſiam impeditur: ⁊ hoc quodammodo videtur in primu3 redire: qui enim vult aliquid: cũ quo aliud ſimul eſſe nõ poteſt: ex conſequenti vult illo carere: niſi forte non perpendat ꝙ per hoc quod vult facere impeditur ab eo quod facere tenetur: in quo caſu poſſet per negligentiam culpabilis iudicari. alij vero dicunt ꝙ in peccato omiſſionis non requiritur aliquis actus. ipſum enim nõ facere quod quis facere tenetur peccatu3 eſt. Utraq3 autem opinio ſm aliquid veritatem habet. Si enim intelligatur in peccato omiſſionis illud ſolum quod per ſe pertinet ad rationem peccati: ſic quandoq3 omiſſionis peccatum eſt cum actu interiori: vt cum aliquis vult non ire ad eccleſiã: quandoq3 vero abſq3 omni actu vel interiori vel exteriori: ſicut cu3 aliquis hora qua tenet᷑ ire ad eccleſiã: nihil cogitat de eundo vel nõ eundo ad eccleſia3. Si vero in peccato omiſſionis intelligant᷑ etiã cãe vel occaſiones omittẽdi: ſic neceſſe eſt in peccato omiſſionis aliquẽ actũ eſſe: nõ.n. eſt peccatum omiſſionis niſi cum aliquis ꝓtermittit qđ põt facere ⁊ nõ facere: ꝙ aũt aliquis declinet ad non faciendum illud quod poteſt facere ⁊ non facere: non eſt niſi ex aliqua cauſa vel occaſione coniuncta vel precedente: ⁊ ſi quidem cauſa illa non ſit in poteſtate hominis: omiſſio nõ habet rationem peccati: ſicut cum aliquis ꝓp infirmitatẽ ꝓtermittit ad eccleſiam ire. Si vero cã vel occaſio omittẽdi ſubiaceat volũtati: omiſſio h3 rõnẽ peccati: ⁊ tũc ſemꝑ op3 ꝙ iſta cã inquantũ eſt voluntaria habeat aliquẽ actum ad minus interiorẽ volũtatis: q̄ qđe3 actus qñq3 directe fert᷑ in ipſam omiſſionem: puta cum aliquis vult nõ ire ad eccleſiã vitans laborẽ: ⁊ tunc talis actus per ſe pertinet ad omiſſionẽ: voluntas.n. cuiuſcunq3 peccati per ſe pertinet ad pctm̃ illud: eo ꝙ voluntarium eſt de rõne peccati. qñq3 aũt actus voluntatis directe fert᷑ in aliud per qđ hõ impeditur ab actu debito: ſiue illud in quo fert᷑ voluntas ſit ꝯiunctu3 omiſſioni: puta cũ aliquis vult ludere qñ ad eccleſia3 deberet ire: ſiue ẽt ſit precedens: puta cum aliquis vult diu vigilare de ſero: ex quo ſequitur ꝙ nõ vadat hora matutinali ad eccleſiam: ⁊ tunc actus iſte interior vel exterior per accidens ſe h3 ad omiſſionem: q2 omiſſio ſequit᷑ ꝓter intentionem: hoc aũt dicimus per accidens eſſe qđ eſt preter intentionem: vt p3 in.ij. phyſi. vnde manifeſtũ eſt ꝙ tunc pctm̃ omiſſionis h3 quidem aliquẽ actum coniunctum vel precedentẽ: qui tamẽ per accidens ſe h3 ad peccatu3 omiſſionis: iudicium autem de rebus dandum eſt ſm illud quod eſt per ſe ⁊ nõ ſm illud: qđ eſt per accidens. Unde verius dici põt ꝙ aliquod peccatum poſſit eſſe abſq3 omni actu: alioquin etiã ad eſſentiam aliorum peccatorum actualium pertinerent actus ⁊ occaſiones circunſtãtes. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ plura requiruntur ad bonum q̃3 ad malum: eo ꝙ bonum contingit ex tota integra cauſa: malum autem ex ſingularibus defectibus vt Diony. dicit.iiij.ca. de diui. no. ⁊ ideo peccatum põt ꝯtingere: ſiue aliq̄s faciat qđ non d3: ſiue nõ faciendo qđ d3 ſm meritũ nõ põt ẽẽ niſi aliq̄s faciat volũtarie qđ d3: ⁊ iõ meritũ nõ põt eſſe ſine actu: ſ3 pctm̃ põt ẽẽ ſine actu. ¶ Ad ſcđm dicendũ: ꝙ aliquid dicitur voluntarium: non ſolum q2 cadit ſuper ipſum actu3 voluntatis: ſ3 q2 in poteſtate noſtra eſt vt fiat vel nõ fiat: vt dicitur in.iij. ethicoꝝ vnde etiam ipſum nõ velle poteſt dici voluntarium: inquantum in poteſtate hominis eſt velle ⁊ nõ velle. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ peccatum omiſſionis contrariatur precepto affirmatiuo quod obligat ſemper: ſed non ad ſemper: ⁊ ideo ſolum pro tempore illo aliquis ceſſando ab actu peccat: pro quo preceptũ affirmatiuũ obligabat.

¶ Utrum conuenienter diffiniat̃ pctm̄. ¶ Articu. VI.

AD ſextū ſic ꝓcedit̃. Videt̃ ꝙ incōueniēter diffiniat̃ peccatū cuʒ dicit̃. Pctm̄ eſt dcm̄ vel factū vl' ꝯcupitū ꝯtra legē eternā. Dictū.n. vl' factū vl' ꝯcupitū iportat aliquē actū ſʒ nō oē pctm̄ iportat aliquem actuʒ vt dcm̄ eſt. ḡ hec diffinitio nō icludit oē pctm̄. ¶ Preterea. Aug. dicit in lib. de duabus aiab⁹. Pctm̄ eſt volūtas retinēdi vl' ꝯſeq̄ndi qđ iuſticia vetat: ſʒ volūtas ſub ꝯcupiſcētia cōprehēdit̃: ſm ꝙ ꝯcupiſcētia largo mō ſumit̃ ꝓ oi appetitu. ḡ ſuffeciſſet dicere. Pctm̄ eſt ꝯcupitū ꝯtra legeʒ eternā. nec oportuit addere dictuʒ vel factū. ¶ Preterea. Pctm̄ proprie cōſiſtere videt̃ in auerſiōe a fine: nā bonū ⁊ malū principaliter ꝯſiderant̃ ſʒ finē: vt ex ſupra dictis pʒ: vnde ⁊ Aug. in .j. de libe. arbi. per ꝯparationē ad finē diffinit pctm̄ dicens ꝙ peccare nihil eſt aliud q̄ȝ neglectis rebus eternis tēporalia ſectari. Et in lib. lxxxiij. q. dicit ꝙ ois hūana peruerſitas eſt vti fruendis ⁊ frui vtendis: ſed in premiſſa diffinitione nulla fit mētio de auerſione a debito fine. ḡ inſufficienter diffinit̃ peccatū. ¶ Preterea. Ex hoc dicit̃ aliqd eſſe ꝓhibitū q² legi cōtrariat̃: ſed nō oia peccata ſunt mala q² ꝓhibita: ſed q̄dā ſunt ꝓhibita q² mala. nō ḡ in cōmuni diffinitiōe peccati debuit poni ꝙ ſit ꝯtra legē dei. ¶ Preterea. Pctm̄ ſignificat malū hominis actū vt ex dictis pʒ: ſed malū hois eſt ꝯtra rōneʒ eſſe:

In ar° 6° dubiu̅ occurrit ex Greg. ¶ Arti. VI. de Arimino in 2° ſnia. diſ. 34. volēte ꝙ pctm̄ ꝓpe q̄ q̄s dr̃ formalr̃ peccans nō eſt act⁹: nec eſt aliqd incōplexe ſignificabile ⁊ hoc ꝓbat̃ 2°. p̄ q² pctm̄ ꝯſiſtit in hoc ꝙ aliq̄s agit ꝯ rectā rōnē: ſed h nō eſt niſi ꝯplexe ſignificabile. ḡ. ⁊ q² in p̄ceptis affirmatiuis ⁊ negatiuis ꝓhibēt̃ pctā ⁊ affirmāt̃ eoꝝ oppoſita: vt pʒ: ſʒ in his ſola cōplexe enuntiabilia iubentur aut ꝓhibētur: q² quū p̄cipit̃ non mechaberis nec vir nec mulier nec actus ꝓhibet̃: ſʒ facere actū cōmixtionis: qđ ſola orōne ē enuntiabile formalr̃ vel equaliter: ſʒ h Gregorij fātaſia a diuo Thoma p⁹ Aug^m ⁊ Ariſtotelē excuditur dicēte h ꝙ pctm̄ nil aliud eſt q̄ȝ act⁹ hūanus malus: cōſtat nāqʒ ꝙ act⁹ hūan⁹ malus eſt qd icōplexe ſignabile: ſignat̃ nāqʒ ifinitis noib⁹ icōplexis vt fornicatiōis blaſfemie ⁊ alijs hm̄ noib⁹. Pctm̄ nāqʒ quū voluntariū ſit in actu 2° ꝯſiſtēs ſm v̾itatē aut ſumit̃ mālr̃: aut formalr̃: aut ꝓ toto ꝯpo^to: ⁊ ſiqdē ſumit̃ mālr̃ ꝯſtat ꝙ act⁹ ſcđs ē gcqd ſit illud: ⁊ pōt ⁊ noialr̃ ⁊ v̾balr̃ ſignari: v̾balr̃ qdē ꝑ modū act⁹: noialr̃ aūt ꝑ modū ſubē. ſi v̾o ſumit̃ formalr̃ ꝯſtat qđ eſt p̾uatio: que eodē mō eſt ſignabilis: ⁊ ſilr̃ totū cōpoſitū: ſʒ qđ forte decepit eſt: q² nō diſcernit̃ īter pctm̄ in actu exercito: ⁊ in actu ſignato: ⁊ pctm̄ in re .i. ſm ſe vt ꝯuenit ſignabilitatē vtrāqʒ: in actu nāqʒ exercito nō niſi v̾bo ſignat̃: in actu v̾o ſignato nomie: ſʒ qđ theologoꝝ ⁊ phoꝝ de re eſt vt abſtrahit ab his ſignandi modis: ⁊ ꝑ h pʒ rn̄ſio ad oba: falſum nāqʒ vtrobiqʒ aſſumitur: niſi in actu exercito: quū dr̃ ꝙ agere ꝯ rōneʒ ꝙ mechari ⁊c̄. non ſint incōplexe ſignabilia: male q̄qʒ exponit̃ Augu. in diffinitiōe iſta: pctm̄ eſt dcm̄ factū niſi verificet̃: ꝙ pctm̄ eſt dictio factio ꝯcupiſcētia volitio ꝯ legē dei.

¶ Ad euidentiam horum ſcito ex littera ꝙ quia ſola gratia eſt principiuꝫ remiſſionis pene: quia ſola ponit hominem in ſtatu capaci ex condigno remiſſionis non ſolum culpe ſꝫ pene: id circo remiſſibilitas ⁊ irremiſſibilitas tā culpe q̄ pene poſitiue ſumpte attendunt̃ penes ſtatum ſubiecti. ſ. eſſe in gr̄a vel non: ⁊ nō attenduntur vniuerſaliter penes ipſa peccata: ⁊ non aduertere hoc mltos decipit. Exiſtens eniꝫ in gratia vt ſic habet in ſe vnde debeatur ſibi quādoqꝫ remiſſio omnis culpe et pene: quia hēt in ſe vnde debet̃ ſibi vita eterna: que non compatit̃ culpā aut penaꝫ: ⁊ ſic ſtatui gr̄e conuenit remiſſibilitas poſitiue. vendicat eniꝫ ſibi illaꝫ. Statu vero culpe extra gratiam ꝯuēit irremiſſibilitas poſitiue: quia ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis: negatio eſt cauſa negationis: ita ꝙ quia talis ſtatus ſit per priuatōēꝫ ꝑncipij ois remiſſionis: charitatis. ſ. ⁊ gratie: ideo ex hoc ipſo ſibi vēdicat irremiſſibilitatem: qd̄ eſt habere irremiſſibilitatem poſitiue. Penes culpas autem loquendo nulla culpa eſt remiſſibilis poſitiue: q2 nulla ſibi vēdicat remiſſionē: q2 nulla ponit pn̄m remiſſiōis: q̄ eſt charitas: ſꝫ aliq̄. ſ. venialis dr̄ ſm ſe remiſſibilis negatiue. i. ꝑ nō ablationeꝫ principij remiſſionis. Pctm̄ .n. veniale ſm ſe nō priuat charitate. Ad irremiſſibilitateꝫ autē culpa ſe hēt ſic ꝙ mortalis ē irremiſſibilis poſitiue: quia contrariatur charitati: venialis autem per accidens: quia. ſ. eſt in ſubiecto exiſtente in ſtatu non capaci remiſſionis: ⁊ quia temporalitas pene reſpōdet remiſſibilitati: eternitas vero irremiſſibilitati: vt in littera dicitur ēt ideo oportet eſſe cautus ⁊ diſtinguere

hoc.ſ.ꝙ cõtrariatur ipſi prin‑
cipio ordinis: qḋ eſt vltimus
finis. manifeſtum eſt autē ꝙ
in quibuſdā peccatis eſt qdē
aliq̄ inordinatio: nõ tñ ꝑ ↄrieta
tē ad vltimū finē: ſʒ ſolū circa
ea q̄ ſunt ad finē: inquātū plus
vel minus debite eis intendit:
ſaluato tñ ordine ad vltimū fi
nē: puta cū hō etſi nimis ad ali
quā rē tēporalē afficiat: nõ tñ
pro ea vellet deū offendere ali
quid ꝯ p̄ceptū ei⁹ faciendo. vñ
hmõi peccatis nõ d̄bet eterna
pena: ſed tēporalis. ¶ Ad pri
mū ḡ dōm: ꝙ pctā nõ dñt in
infinitū ex pte ↄuerſiõis ad bo
nū cõmutabile in qua cõſiſtit
ſubſtātia act⁹. dñt aūt in infi‑
nitū ex pte auerſionis. nā q̄dā
pctā cõmittunt ꝑ auerſionem
ab vltimo fine: q̄dā ṽo ꝑ inor
dinationē circa ea que ſunt ad
finem: finis autē vltimus ab
his q̄ ſunt ad finē in īfinitū dif
fert. ¶ Ad ſcdm dōʒ: ꝙ pctō
originali nõ d̄bet pena eterna
rõne ſue grauitat: ſʒ rõne ↄdi‑
tiõis ſubti.ſ. hõis: q ſine gr̄a in
uenit ꝑ quā ſola fit remiſſio pe
ne. Et ſimilr̄ dōm eſt ad tertiū
de veniali pctō. Eternitas eni
pene nõ rñdēt q̄titati culpe ſʒ
irremiſſibilitati ipi⁹: vt dcm̄ ē.
¶ Utrū reatus pene remaneat
poſt pctm̄. ¶ Arti. VI.

Ad ſextū ſic ꝓcedit. Uidet ꝙ reatus pe
ne nõ remāeat poſt pctm̄. Remota eni
cā remouet effectus: ſed pec‑
catum eſt cauſa reatus pene:
ergo remoto pctō ceſſat reat⁹
pene. ¶ Preterea. Peccatū
remouet per hoc ꝙ homo ad
virtutem redit: ſed virtuoſo
nõ debetur pena: ſed magis
premium: ergo remoto pecca
cato non remanet reatus pe‑
ne. ¶ Preterea. Pene ſunt
medicine: vt dicitur in.ij. ethi.
ſed poſtq̄ȝ aliquis iam eſt ab
infirmitate curatus non adhi‑
betur ſibi medicina: ergo re‑
moto peccato nõ remanet de‑
bitū pene. ¶ Sʒ ꝯ eſt qḋ dr̄.
ij. regū. xij. qḋ Dauid dixit ad
Nathan. Peccaui dño. dixit‑
qȝ Nathan ad Dauid. Dñs
quoqȝ tranſtulit pctm̄ tuū nõ
morieris: verūtñ qꝛ blaſphe‑
mare feciſti inimicos nomen
dñi: filius q natus eſt tibi mor
te moriet. punit ḡ aliqs a deo
etiā poſtq̄ȝ ei pctm̄ dimittit: ⁊
ſic reat⁹ pene eterne remanet
pctō remoto. ¶ Rñdeo dōʒ:
ꝙ in pctō duo pñt ↄſiderari.ſ.
act⁹ culpe: ⁊ macula ſequēs:
planū eſt aūt ꝙ ceſſante actu
peccati remanet reatus in oi‑
bus peccatis actualibus. act⁹

⁊ diſtiguere de debito tpalis ⁊ eterne vt ſoluant oba. Ex
his igit rñdet argumētis. Et ad p̄m dr̄ ꝙ de pctō veniali zᶠ
log ↄtingit.ſ. ſm ſe.i. ſolitarie ſumpto: ⁊ ſic ei debet pena
tēporalis negatiue ſic ⁊ remiſſibile ē negatiue: ⁊ vt ſic ne‑
gatiue ꝙ puniat pena eterna. Alio modo in tali ſuppoſi
to: ⁊ tūc iuxta illius ſuppoſiti ſtatum iudicandū eſt. nā i ſuppoſito habente gratiā: puniendū eſt pena temporali: in nõ habente gratiam pena eterna. Et quoniam iudicium pene nõ fit de peccato ſm ſe.i. ſolitarie ſumpto: ſʒ ſimpliciter: vt eſt i hoc: ideo ſimpliciter dicendum eſt ꝙ peccato veniali in ſtatu gratie debetur pena tēporalis: extra illū eterna. Et abſtrahendo ab his nec tēporalis: nec eterna poſitiue: ſed temporalis negatiue: qꝛ nõ ponit ex ſe eternitatē. Et ꝑ h̄ ēt pʒ rñſio ad zᵐ: diſtigue tñ ly ſʒ ſe debet pena tēpalis zᶠ itelligi. p̄ ꝑ ſe poſitiue.i. vt culpa vēialis exigat ꝑ ſe penā tēpalē: ſic mortale vēdicat ſibi eternā. Et i h̄ ſenſu falſū aſſumit. Alio mō ſolitarie ⁊
negatiue: ſic diaphanū ſm ſe eſt tenebroſū: qꝛ ex ſe nõ
ponit lumē excluſiuū tenebre: ⁊ ſic verū ē ꝙ vēiali debe
tur pena tēpalis: qꝛ ex ſe nõ ponit vñ pena ſibi debita ꝑ‑
petuet: cū h̄ tñ ſtat ꝙ aliunde poſſit pena ſibi debita iu
ſte ꝑpetuari.ſ. ex ↄditiõe ſubi: ſic ſtat ꝙ diaphano ſm ſe
tenebroſo aliūde adueniat lumē. Et ſic Sco. deceptus vr̄
in nõ diſtinguēdo inter hos duos ſenſus: neqȝ.n. iniuſtū
eſt ꝑpetuare ꝙ cõditio ſubi ꝑpetuandi exigit: nec ꝓpea
recedit De⁹ a lege ſua vt citra ↄdignū puniat. Cū dānato.n. cū ex mortali anihilari meruerit: gratioſe agit ꝙ
ſolū ꝑpetuant pene ei debite ꝓ quibuſcūqȝ pctis ↄſerua‑
ta ei ſuba: iuxta id. mie dñi ꝙ nõ ↄſumpti ſumus. Ad ex

cluſionē aūt hui⁹ rñſionis dr̄ ꝙ culpā venialē exire ſuū
genus culpe in īfinitū ex ↄiunctiõe cū alio ducit zᶠ. Pri
mo q̄ntū ad rõnē culpe: ⁊ ſic dr̄ ꝙ nõ exit in infinitū: imo
nec par: in ſuo nāqȝ genere ⁊ ſua ſpē ac q̄titate manet.
Scdo q̄ntū ad rõnē remiſſibilis: ⁊ ſic exit in īfinitū: qꝛ ꝺ nõ irremiſſibili fit irremiſſibilis: ⁊ ↄñter ꝺ reatu ad penā nõ eternā trāſit in reatū pene eterne. totū.n. h̄ ē ꝑꝑ cõditionē ſubti: nõ aliq̄ȝ mutationē i ipſa culpa veniali aut ei⁹ reatu: ꝑꝑ qḋ recte diceret ꝙ i argu⁹ ē ſophiſma ↄñtis: non.n. ex h̄ ſolo ꝙ culpa vēialis i īfinitū exit debetur ei pena eterna: ſʒ ex h̄ vl ex ↄña ſubi poſiti ex ſtatū ſatiſfactionis vl ex ꝑmanentia eterna ipi⁹ culpe: qꝛ durāte culpa durat pena. vñ falſa ↄñtia ē a pluribus cāis ad vnā determiate. In ꝓpoᵗᵒ enī due vlr cāe iueniūtur. Ad 3ᵐ dr̄ ꝙ etiā illa reſidua pena eterna erit ꝑꝑ ↄditionē ſubti: qꝛ vt i lr̄a dr̄ i rñſione ad zᵐ: remiſſio pene fit ſola gr̄a gratū faciēte: nec oppoſitū puteo docuiſſe auctorē i.4. ſnia. di zz. q.i. arti.i.
ad 5ᵐ: qm̄ ibi reprehēdit ſola ſili⁹ cāe eternitatis pene i
veniali ⁊ in h̄ reſiduo: ⁊ hī dr̄: vt.n. dcm̄ ē i vēiali cā eſt
zᶠ.ſ. ꝑſeuerātia culpe: ⁊ ſtatus nõ ſatiſfactori⁹. In h̄ reſi
duo cā ē ſolus ſtat⁹: ⁊ ibi diſſimilis rõ dr̄ q̄ ad p̄mā cām.
h̄ ṽo ſola zᵃ cā que eſt omnibus ponit: nec rurſus acci‑
pias rñſionē ibidē z° loco datā: niſi recitatiue: ipſe nāqȝ
ex ꝓpria mēte determinat h̄ qḋ in eodē 4° di.15. q.1. a.3.
q. z⁹ docuerat.

¶ Articu. VI.

In art° 6° eiuſdē. q. 87. hoc ſolū notatū occur
rit: ꝙ qꝛ deleta macula nõ remanet reat⁹ pe
ne ſimplr ſatiſfactorie: ⁊ hoc ipſo maīfeſte li‑
quet ꝙ poſt ↄſequtionē venie remanet il‑

.n. pcti facit hoiem reuȝ pene
inquãtú trãſgredit ordiné di-
uine iuſtitie: ad qué nó redit ni
ſi per q̃zdã recópẽſationé pe-
ne q̃ ad eq̃litateȝ iuſtitie redu-
cit: vt. ſ. q plus volútati ſue in
dulſit q̃z debuit ↄ mãdatú dei
agẽs ſm ordiné diuine iuſtitie
aliqd ↄ illud qd̓ vellet ſimplr
ſpõtane⁹ vel inuitus patiat: qd̓
ẽt in iniurijs hoib⁹ factis obſ-
uat: vt per recópenſationé pe-
ne reitegret equalitas iuſtitie.
vñ pȝ q̄ ceſſante actu pcti vel
iniurie illate: adhuc remanet
debituȝ pene. Sed ſi loq̄mur
de ablatióe pcti q̃zrú ad macu
lam: ſic manifeſtú eſt q̄ macu
la pcti ab aia auferri nó pót: ni
ſi per hoc q̄ aia deo ↄiungit p
cui⁹ diſtãtiã detrimentú ppzij
nitoris incurrebat: qd̓ é macu
la: vt. ſ. dctũ eſt. Cóiūgit aút
deo hó per voluntaté; vñ ma
cula pcti ab hoie tolli non pót
niſi volũtas hois ordiné diui-
ne iuſtitie accepter: vt. ſ. vl̓ ipe
ſibi pená ſpótane⁹ aſſumat in
recópenſationé culpe pterite
vl̓ ẽt a deo illatá patiẽter ſuſti
neat: vtroq̄z. n. mó pena róné
ſatiſfactionis bȝ. Pena aút ſa
tiſfactoria diminuit aliqd de
róne pene. Eſt. n. de róne pe-
ne q̄ ſit ↄtra volũtaté: nó tñ vt
núc: ⁊ p hoc eſt volũtaria. vñ
ſimplr eſt volũtaria: ſȝ qd ãt
inuoluntaria: ſicut pȝ ex his q̃
ſupra de volũtario ⁊ inuolun
tario dicta ſunt. Dóm eſt ḡ q̄
remota macula culpe pót qdé
remanere reatus nó pene ſim
pliciter: ſȝ ſatiſfactorie. ¶ Ad
primuȝ ḡ dóm: q̄ ſicẽ ceſſante
actu pcti remanet macula: vt
. ſ̃. dctũ eſt: ita ẽt pót remane-
re reatus: ceſſante ſ̓o macula
nó remanet reatus ſȝ eãdé ró-
nem: vt dctũ eſt. ¶ Ad ſcóm
dóm: q̄ virtuoſo nó debet pe
na ſimplr: pót tñ ſibi dberi pe
na vt ſatiſfactoria: qꝛ hoc ipȝ ad ſ̓tuteȝ ptinet:
vt ſatiſfaciat ꝓ his in qb⁹ offendit: vel deú vl̓
hoiem. ¶ Ad tertiú dóm: q̄ remota macula
ſanatú eſt vulnus pcti q̃zrú ad volũtaté. Req
rit ãt adhuc pena ad ſanationé aliarú virtú aie
q̃ p pctm̃ pcedẽs deordinate fuerút: vt. ſ. p có
traria curent. Requirit ẽt ad reſtituendú eq̃-
litaté iuſtitie: ⁊ ad amouendú ſcãdalú alioꝝ:
vt edificent in pena qui ſunt ſcãdalizati in cul
pa: vt pȝ ex exẽplo de Dauid inducto.

¶ Utrȝ pena ſit pp aliquã culpã. Arti. VII.

Ad ſeptimum ſic pcedit. Videt q̄ nó
ois pena ſit pp aliq̃z culpã. Dicit. n.
Jo. ix. d̓ ceco nato. Neq̄z h̓ peccauit:
neq̄z paréres ei⁹: vt naſceret cec⁹. Et
ſimilr videm⁹ q̄ multi pueri ẽt baptizati gra-
ues penas patiunt: vtputa febres: demonum
oppꝛeſſióes: ⁊ multa hmói: cuȝ tñ in eis nó ſit
pctm̃ poſtq̃z ſũt baptizati ⁊ anq̃z ſint baptizati
nó é in eis plus de pctó q̃z i alijs puer: q hec nó
patiunt. nó ḡ ois pena ꝓ pctó é. ¶ Preterea.
Eiuſdé rónis eé videt q̄ pctóres pſperent: ⁊
q̄ aliq inocétes puniant. vtrúq̄z aút in rebus
húanis frequẽter inuenim⁹. Dr̃. n. de iniqs in
pſal. In laboꝛe hoium nó ſunt: ⁊ cú hoib⁹ nó
flagellabút. Et Job. xxi. Impij viuút: ſuble-
uati ſunt ↄfortatiq̄z diuitijs. Et abacuc. j. di-
cit. Quare reſpicis ↄtẽptores: ⁊ taces ↄculcã
te ipio iuſtioꝛé ſe. nó ḡ ois péa iſligit ꝓ culpa.
¶ Preterea. De xp̃o dr̃. j. Pe. ij. q̄ pctm̃ nó
fecit: nec inuẽtus eſt dolus in oꝛe eius: ⁊ tñ ibi
dem dr̃ q̄ paſſus eſt ꝓ nobis. ḡ nó ſemp pena
a deo diſpenſat ꝓ culpa. ¶ Sȝ ↄ eſt qd̓ dicit
Job. iiij. Quis vnq̃z innocens perijt: aut qñ
recti deleti ſunt qn potius vidi eos q operant
iniqtaté flãte deo pijſſe. Et Aug. dic i. j. retra
ctationú. q̄ ois pena iuſta eſt ⁊ ꝓ pctó aliquo
ipendit. ¶ Rñdeo dõȝ: q̄ ſicẽ iã dctũ eſt pena
pót duplr ↄſiderari: ſimplr: ⁊ inquãtú ſatiſfa
ctoria. Pena qdé ſatiſfactoria é quodãmó vo
luntaria: ⁊ qꝛ ↄtingit eos q dñt in reatu pene
eé vnú ſm volũtaté vnione amoꝛis: ide eſt q̄
interdú aliqs q nó peccauit. pená volũtari⁹ ꝓ
alio poꝛtat: ſicẽ ẽt in rebus húanis videmus q̄
aliqs in ſe trãſſert alterius debitú. Si ſ̓o loq̃
mur de pena ſimplr ſm q̄ bȝ róné pene: ſic ſp
bȝ ordiné ad culpã ppꝛiã: ſed qñq̄z qdé ad cul
pã actualé: puta qñ aliqs vl̓ a deo vel ab hoie
ꝓ pctó ↄmiſſo punit. Quãdoq̄z ſ̓o ad culpã
originalé: ⁊ hoc qdeȝ vel pꝛincipalr: vel ↄñr.
Pꝛincipalr qdé pena originalis pcti eſt q̄ nã

húana

le qui peccauit
reus pene ſatiſ
factorie: ac per
hoc ſi in ſtatu
ſatiſfactorio ñ
ſoluit eã: nũq̃z
ſoluet eam. Et
ppea ſi ad ſatiſ
factionem re-
ciduat: non ſa
tiſfaciat extra
ſatiſfactorium
ſtatum poſit⁹:
⁊ ſic nec in ifer
no: vbi non ſa-
tiſfacere: ſed ſa
tis pati poni
poſſe a quibuſ
dam creditur
nó ſatiſfaciet:
ſed eternaliter
punietur. Et i
hac vita durã-
te ſtatu pecca-
ti moꝛtalis nó
ſatiſfaciet ex d̓
fectu ſtatus.
¶ Arti. VIII.
In ar-
ti-
cu
lo
8° obmiſſo 7°
dubium occur
rit de pena ſpi
rituali. In lit-
tera enim dici
tur q̄ ideo nó
ſunt tñ medi-
cinales qꝛ bo-
nuȝ anime nó
ordinatur in a
liud bonú ma
ius: falſum in
pmis hoc eſt:
quia bonú ani
me ordinatur
in bonuȝ diui-
num: quod eſt
longe melius:
inefficax: dein
de eſt: quia in-
ter ipſa bona
anime vnum
ordinat ad a-
liud bonú me-
lius: ⁊ expedit
quandoq̄z ali-
cui priuari ali-
quo bono ſpiri
tuali: puta con
feſſione nomi-
nis Chriſti vt
caueat humili-

hūana ſibi relinqͥt deſtituta auxilio originalis iuſtitie: ꝫ ad hoc cōſequūtur oēs penalitates q̄ ex defectu nāe in hoībus ꝯtingunt. Sciendū tñ eſt ꝙ quãꝗ aliqd videt̃ eſſe penale: qḋ tñ nō hꝫ ſimplr rōnē pene. Pena.n.eſt ſpēs mali: vt in primo dcm̄ eſt: malū aūt eſt priuatio boni: cū aūt ſint plura hoīs bona.ſ.anie corpis ꝛ exterioꝝ reꝝ: ꝯtingit interdū ꝙ hō patiat̃ detrimentū in minori bono: vt augeat̃ in maiori: ſicut cū patit̃ detrimentū pecunie ꝑꝑ ſanitatem corpis: vel in vtroꝗ hoꝝ ꝑꝑ ſalutē aie: ꝛ ꝑꝑ gliam dei: ꝛ tūc tale detrimentū nō eſt ſimplr malū hoīs: ſed ſm qd: vñ nō hꝫ ſimplr rōnē pene: ſed medicine. Nã ꝛ medici auſteras potiones ꝓpinant infirmis vt ꝯferant ſanitatē: ꝛ qꝛ hmōi nō ꝓprie hñt rōnē pene: nō reducunt̃ ad culpã ſic ad cãm: niſi pro tãto: qꝛ hoc ipm̄ ꝙ oꝫ humane nāe medicinas penales exhibere: eſt ex corruptione nāe q̄ eſt pena originalis pcti. In ſtatu.n. innocentie nō oportuiſſet aliquē ad pfectū virtutis inducere ꝑ penalia exercitia. vñ hoc ipm̄ qḋ eſt penale in talibus reducit̃ ad originalē culpã ſicut ad cãm. ¶ Ad primū ergo dõꝫ: ꝙ hmōi defectꝰ eoꝝ q naſcūt̃: vel ēt puerorꝰ: ſunt effectus ꝛ pene originalis pcti: vt dcm̄ eſt: ꝛ manent etiã poſt baptiſmū ꝑꝑ cãm ſuperius dictã: ꝛ ꝙ nō ſint eq̄liter in oībus ꝯtigit ꝑꝑ nāe diuerſitatē q̄ ſibi relinqͥt: vt.ſ. dcm̄ eſt: ordinant̃ tñ hmōi defectus ſm diuinã ꝓuidentiã ad ſalutē hoīꝫ: vel eoꝝ qui patiunt̃: vel alioꝝ q penis admonent̃: ꝛ ēt ad gliam dei. ¶ Ad ſcḋm dõm: ꝙ bona tꝑalia ꝛ corpalia ſunt qdē aliq̄ bona hoīs: ſed parua: bona ꝟo ſpūalia ſūt magna hoīs bona. Pertinet igit̃ ad diuinã iuſtitiã vt virtuoſis det ſpiritualia bona: ꝛ de tꝑalibꝰ bonis vel malis tm̄ det eis q̄tū ſufficit ad ꝟtutē. Ut.n. Dio. dic̃. viij.ca. de di.no. diuine iuſtitie eſt nō emollire optimoꝝ fortitudinē mãliū donatiōibꝰ. alijs ꝟo hoc ipm̄ ꝙ tꝑalia dant̃ in malū ſpūaliū cedūt. vñ in pſal̃. ꝯcludit̃. Jō tenuit eos ſupbia. ¶ Ad tertiū dõm: ꝙ xp̄s penã ſuſtinuit ſatiſfactoriã: nō pro ſuis: ꝫ pro nr̄is pctis.

¶ Utrum aliquis puniatur pro pctō alterius.

¶ Articulus. VIII.

AD octauū ſic ꝓcedit̃. Uidet̃ ꝙ aliqs puniat̃ pro pctō alterius. Dicit̃ enim Exo. xx. ego ſuꝫ deus zelotes viſitãs iniquitatē prm̄ in filios in tertiã ꝛ q̄rtã gñationē hiis qui oderūt me. ꝛ Matth. xxiij. dr̄. Ut veniat ſup vos oīs ſanguis iuſtus q effuſus eſt ſuper terrã. ¶ Preterea. Juſtitia hūana deriuat̃ a iuſtitia diuina: ꝫ ſꝫ iuſtitiã hūanã aliqñ filij puniunt̃ ꝓ parētibus: ſicut pꝫ in crimine leſe maieſtatis: ḡ ēt ſꝫ diuinã iuſtitiã vnus punit̃ ꝓ pctō alteriꝰ. ¶ Preterea. Si dicat̃ filiꝰ nō puniri ꝓ pctō patris: ſed pro pctō ꝓprio: inq̄tū imitat̃ maliciã pṙnã: nō magis hoc diceret̃ de filijs q̄ ď extraneis: qui ſimili pena puniunt̃ hiis quoꝝ pctã imitant̃. nō ḡ videt̃ ꝙ filij pro peccatis ꝓprijs puniant̃: ſed pro pctis parētū. ¶ Sed contra eſt quod dicit̃ Ezech. xviij. Filius nō portabit iniq̄tatem patris. ¶ Rñdeo dõꝫ: ꝙ ſi loquamur de pena ſatiſfactoria que volūtarie aſſumit̃: ꝯtingit ꝙ vnus portet penam alterius inq̄tū ſunt quodãmodo vnū: ſicut iam dcm̄ eſt. Si autem loquamur de pena pro pctō inflicta inquãtum hꝫ rōnē pene: ſic ſolū vnuſquiſꝗ pro pctō ſuo punit̃: qꝛ actꝰ pcti aliquid perſonale eſt. Si aūt loquamur de pena que hꝫ rōnem medicine: contingit ꝙ vnus punit̃ pro peccato alterius. Dictum eſt enim ꝙ detrimenta corporaliū reꝝ vel etiã ipſius corporis ſunt q̄dam penales medicine ordinate ad ſalutem anie. vnde nihil ꝓhibet talibus penis aliquē puniri ꝓ pctō alterius: vel a deo vel ab hoīe: vtpote filios ꝓ patribꝰ: ꝛ ſubditos pro dominis inq̄tum ſunt q̄dã res eoꝝ: ita tñ ꝙ ſi filius vel ſubditus eſt particeps culpe hmōi penalis defectus hꝫ rōnē pene q̄tum ad vtrūq̄.ſ. eū qui punit̃ ꝛ eum pro quo punit̃. Si ꝟo non ſit particeps culpe: hꝫ rōnē pene q̄tū ad eū pro quo punit̃: q̄tum ꝟo ad eū qui punit̃ rōnē medicine tm̄: niſi per accñs in

uſq̄ reſurgat: vt Petro negãti Chriſtū accidit. Gregorius quoq̄ in 3° dialogorū: ſanctos viros deficere quandoq̄ ī aliqua virtute docet ob cuſtodiam humilitatis. Ratio igitur ꝛ concluſio non vera videtur.

¶ Ad hoc dr̄ ꝙ bonum ſpūale in hoc differt a tēporali: ꝙ hoc non eſt ſꝫ ſe bonū aie: ſꝫ in ordine ad aliud. Bonū autem ſpūale eſt ſm ſe bonum anie per ſe loquendo: ꝛ propterea ſicut ſe habent ad hoc ꝙ ſint bōa: ita ad hoc ꝙ priuationes eorum ſint mala: temporalia igit̃ qꝛ in ordine ad aliud ſūt bona in ordine quoq̄ ad aliō priuationes malitiam vel bonitatē ſortiuntur. Et bene eē poſſunt: ꝓpter quod cōtingit eſſe pure medicinales. Spūalia ꝟo quia ſꝫ ſe ſūt bōa anime: ſm ſe quoq̄ priuatiōes eorū ſunt mala: ac per hoc nūquã ſunt pure medicine: ſꝫ quãdo ſunt medicinales ſūt pene ꝛ medicine reſpectu euſdem. Et h intēdit littera.

¶ Ad primū in oppoſitū dr̄ ꝙ male intelligantur verba littere. Jtendit

eni q ſunt bona non in ordine ad aliud ſ; ſm ſe: cui; quo ſtat q ordinētur in deu; tāquā finem vltimu;. Rurſus intendit comparare ad bona noſtra que ſunt quaſi noſtra bona formaliter: deus aute; eſt bonū obiectiue. Rurſus quia obiectu; ⁊ adeptio obiecti finis et acquiſitio eius non ponunt in numerum: ſed pro vnico computantur: ⁊ bona anime ſunt quibus acquirimus fine; ꝓ eodem computari poſſunt: et nihil meli⁹ bono ſpūali dici poteſt. ¶ Ad 2ᵐ dr̄ q per accidens contingit priuari alique; bono aliquo ſpūali propter bonu; melius ſpirituale: ſed tunc priuatio illa non eſt pure medicinalis ſed etia; pena illius: ⁊ ſic accidit petro ꝺ priuatione gratie: ⁊ ſanctis quibuſdam de priuatione alicuius ſpiritualis boni. Nec oppoſitū dic̄ Gregorius: qu īuis ſolus medicie rationem reddat in defectibus quibuſda; ſanctoru;: aduerte tamen ꝺ q pēa ſpecies mali eſt q priuatione; boni debiti: quando ſic̄ ⁊c. includit ne putes oēm

quātū peccato alterius cōſentit. ordinat̄. n. ei ad bonū aīe ſi patienter ſuſtineat. Pene āo ſpūales non ſunt medicinales tm̄: q: bonū aīe nō ordinat̄ ad aliud melius bonum. vnde in bonis aīe nullus patit̄ detrimentū ſine culpa ꝓpria: ⁊ ꝑꝑ hoc etiam talibus penis: vt dicit Hieroniinus in epiſtola ad Auitū. vnus nō punit̄ ꝓ alio: q: q̄ntū ad aīam fili⁹ nō eſt res prīs: vn̄ ⁊ hmōi cām dn̄s aſſignās dicit Ezech. xviij. Oēs aīe mee ſūt. ¶ Ad primū ꝰ dicendū: q vtrūq; dcm̄ vr̄ eē referēdū ad penas tpales vl' corporales inquātū filij ſunt q̄dā res parentū ⁊ ſucceſſores ꝑdeceſſoꝝ: vl' ſi referant̄ ad penas ſpūales: hoc dr̄ ꝑꝑ imitationē culpe: vn̄ in Exo. addit̄. His q oderūt me. Et in Matt. dr̄. Et vos iplete mēſurā patru; vroꝝ. dicit aūt puniri pctā patrū in filijs: q: filij in pctis parentū nutriti ꝓniores ſunt ad peccādū: tū ꝑꝑ ꝯſuetudinē: tū ēt ꝑꝑ exēplū patrū q̄ſi auctoritatē ſequentes: ſunt ēt maiori pena digni ſi penas patrū videntes correcti nō ſunt. Jō ēt addidit. Jn tertiā ⁊ q̄rtā gn̄ationē: q: tm̄ ꝯſueuerūt hoies viuere vt in tertiā ⁊ q̄rtā gn̄ationē viderēt: ⁊ ſic mutuo videre pn̄t ⁊ filij pctā parētū ad imitādū: ⁊ pr̄es penas filioꝝ ad dolendū. ¶ Ad ſcðʒ dðʒ: q pene ille ſunt corporales ⁊ tpales q̄s iuſtitia hūana vni ꝓ pctō alteri⁹ infligit: ⁊ ſunt remedia q̄dā vel medicine ꝯ culpas ſequētes: vt vel ipſi q puniunt̄: vl' alij cohibeant̄ a ſimilibus culpis. ¶ Ad tertiū dicēdum: q magis dicunt̄ puniri ꝓ pctis alioꝝ ꝓpinq q̄ʒ extranei: tū q: pena ꝓpinquoꝝ quodāmō redūdat in illos q peccauerūt: vt dcm̄ eſt: iquātū fili⁹ eſt q̄dā res prīs: tū ēt q: ⁊ domeſtica exempla ⁊ domeſtice pene magis mouent. vn̄ qn̄ aliquis nutritus eſt in pctis parētum vehementius ea ſequit̄. ⁊ ſi ex eorū penis nō eſt deteritus: obſtinatior videt̄. vn̄ ⁊ eſt maiori pena dignus.

¶ De peccato veniali ⁊ mortali. ¶ Qō. LXXXVIII.

Deinde q: peccatū veniale ⁊ mortale diſtinguūtur ſm reatū ꝯſiderādū ē de eis. ¶ Et primo ꝯſiderādū eſt de veniali per cōparationē ad mortale. ¶ Scðo ꝺ veniali ſʒ ſe. ¶ Circa primū q̄runt̄ ſex. ¶ Primo vtrum veniale pctm̄ ꝯueniēter diuidat̄ cōtra mortale. ¶ Scðo vtꝝ diſtinguant̄ genere. ¶ Tertio vtrū veniale pctm̄ ſit diſpoſitio ad mortale. ¶ Quarto vtrū veniale pctm̄ poſſit fieri mortale. ¶ Quinto vtrū circunſtantia aggrauās poſſit de veniali pctō facere mortale. ¶ Sexto vtru; peccatū mortale poſſit fieri veniale.

¶ Utrum veniale peccatu; cōuenienter diuidatur ꝯtra mortale. ¶ Articulus. I.

Ad primū ſic ꝓcedit̄. Videt̄ q veniale peccatū nō ꝯueniēter diuidat̄ ꝯ mortale. Dicit. n. Aug. xxij. lib. ꝯ Fauſtū. pctm̄ eſt dcm̄ vel factū vel cōcupitū ꝯ lege; eternā: ſʒ eſſe ꝯ legē eternā dat pctō q ſit mortale: ergo omne pctm̄ eſt mortale: nō ꝰ pctm̄ veniale diuiditur ꝯ mortale. ¶ Preterea. Aplus dic̄. j. ad Cor. x. Siue manducaueritis ſiue biberitis ſiue aliqd aliud facitis: oīa in gl'ia; dei facite: ſed ꝯtra hoc ꝑceptu; facit qcunq; peccat: nō. n. pctm̄ fit ꝑꝑ gl'ia; dei: cū

negationē boni ſpūalis pene rōnem hēt.

¶ Queſtio. LXXXVIII.

¶ Articulus. I.

In pᵒ articulo. queſ. 88. dubium occurrit ex Sco. in. 2ᵒ diſtin. 2ᵉ ſniarū expreſſe impugnāte q veniale et mor^le nō diſtiguunt̄ ex eo q mortale in ordinatione; circa finem: veniale autem circa ea que ſunt ad finē importent: quia vtrumq; poteſt eē ⁊ circa finem: ⁊ circa ea que ſunt ad finem: cu; tamen auctor hic diſtinguat veniale contra mortale ex dicta dr̄ia.

¶ Ad hoc dicit̄ dupl'r. Primo q autor nō intēdit niſi de veniali ⁊ mortali ex gener: hec eni; diſtinguūtur ex obiectis. ſ. fine: ⁊ his q̄ ſunt ad finem: Obiectio autē ꝓcedit de mortali et veniali quomodolibʒ: ſʒ remāet tūc q̄ſtio quare abſolute autor ꝺ mortali ⁊ vēiali tractans ad veniale ⁊ mortale ex genere deſcendit: in ꝺ eni erraſſe videtur manifeſte q in cōmuni tractans de ſpecialibus determinet

terminat relicto cōi: propterea lȝ dicta reſponſio ſit vera quo ad materiam: formaliter tamen dicendum eſt ꝙ auctor loquitur de per ſe mortali ⁊ per ſe veniali: ſemper enim ly per ſe ſubintelligitur: et ꝙ hec per ſe ſumpta ex obiectis diſtinguuntur fine ⁊ his que ſunt ad finem. Et quum dicitur ꝙ vtrūqȝ pōt eſſe circa vtrūqȝ. Reſpondetur ꝙ hoc non eſt per ſe ſed ꝑ accidens: motus enim animi ad adulterium vel infidelitatem per accidens tantum eſt veniale: quia ſcȝ eſt imperfectꝰ ex parte agentis: vtpote non deliberatꝰ. Et ſimiliter motꝰ animi in ſuperfluum riſum ꝑ accidens ē mortale: quia ſcilȝ ordinatur ab h[oc] in contēptum fidei: per ſe enim loquendo ⁊ iudicando actus ſm ꝓprias materias et fines eorundē: nec mortale circa id quod ad finem pertinet: nec veniale circa finem inordinatus eſt actus: ⁊ formaliter littera ſaluatur dum de mortali ⁊ veniali in cōmuni: ꝑ ſe tamē doctrina tradita eſt. Et quia per ſe mortale et veniale ⁊ ex genere mortale ⁊ ve

ꝙ facere ꝯtra preceptū ſit peccatū mortale: videtur ꝙ quicunqȝ peccat mortalr peccet. ¶ Preterea. Quicūqȝ amore alicui rei inheret: inheret ei vel ſicut fruēs vel ſicut vtēs: vt pȝ per Aug. in .j. de doc. xpiana: ſȝ nullus peccās inheret bono ꝯmutabili q̃ſi vtens. Nō.n. refert ipſm ad bonū qḋ nos btōs facit: qḋ ꝓprie eſt vti: vt Aug. dicit ibidem. ꝙ quicunqȝ peccat fruitur bono cōmutabili: ſȝ frui rebꝰ vtēdis eſt humana ꝑuerſitas vt Aug. dicit in lib. lxxxiij. q. cū ꝙ ꝑuerſitas peccatū mortale nominet videtur ꝙ quicūqȝ peccat mortaliter peccet. ¶ Preterea. Quicunqȝ accedit ad vnū terminū ex hoc ipſo recedit ab alio: ſȝ quicunqȝ peccat accedit ad bonū cōmutabile: ꝙ recedit a bono incōmutabili: ꝙ peccat mortaliter. nō ergo conuenienter peccatum veniale contra mortale diuiditur. ¶ Sed contra eſt qḋ Augu. dicit in homel. vij. ſup Jo. i. ꝙ crimē eſt qḋ dānationem meretur. veniale aūt eſt qḋ nō meretur dānationem. Sȝ crimē nominat peccatuȝ mortale. ergo veniale peccatuȝ cōuenienter diuiditur contra mortale. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ aliqua ſm ꝙ proprie accipiuntur nō videntur eſſe oppoſita: que ſi metaphorice accipiantur opponi inueniuntur: ſicut ridere non opponitur ei quod eſt areſcere: ſed ſm ꝙ ridere metaphorice de prato dicitur ꝓpter eius floritionem ⁊ virorem: opponitur ei quod eſt areſcere. Similiter ſi mortale ꝓprie accipiatur prout refertur ad mortem corporalem: non videtur oppoſituȝ habere cū veniali: nec ad idem genus ꝑtinere. Sȝ ſi mortale accipiatur metaphorice ſȝ ꝙ dicitur in peccatis mortale opponitur ei quod eſt veniale. Cum eniȝ peccatum ſit quedam infirmitas anime: vt ſupra habitum eſt: peccatum aliquod mortale dicitur ad ſimilitudinē morbi qui dicitur mortalis ex eo ꝙ inducit defectum irreparabilem per deſtitutionem alicuius principij: vt dictum eſt. Principium autem ſpiritualis vite que eſt ſm virtutem: eſt ordo ad vltimum finem: vt ſupra dictum eſt: qui quidem ſi deſtitutus fuerit reparari nō poteſt per aliquod principium intrinſecum: ſed ſolū per virtutem diuinam: vt ſupra dictum eſt: quia inordinationes eorum que ſunt ad finē reparantur ex fine: ſicut error qui accidit circa concluſiones per veritatem principiorum. Defectus ergo ordinis vltimi finis non pōt per aliquid aliḋ reparari quod ſit principalius: ſicut nec error qui eſt circa principia: ⁊ ideo huiuſmodi peccata dicuntur mortalia quaſi irreparabilia. Peccata auteȝ que habent inordinationē circa ea que ſunt ad finem cōſeruato ordine ad vltimum fineȝ reparabilia ſunt: ⁊ hec dicuntur venialia. Tunc enim peccatū veniam habet quando reatus pene tollitur qui ceſſat ceſſante peccato: vt dictum eſt: ſm hoc ergo mortale et veniale opponuntur: ſicut reparabile ⁊ irreparabile: ⁊ hoc dico per principium interius: nō auteȝ per comparationem ad virtutem diuinam: que omnē morbum ⁊ corporalem ⁊ ſpiritualem poteſt reparare: ⁊ ꝓpter hoc veniale peccatum conuenienter diuiditur contra mortale. ¶ Ad primū ergo dicendum: ꝙ diuiſio peccati in veniale ⁊ mortale non eſt diuiſio generis in ſpecies que equaliter par

niale coīcidūt: ideo prima reſponſio fuit vera: quãuis non explicaret formalem proceſſum.

¶ In reſponſione ad primuȝ in eodem articulo. q. 88. dubium occurrit ex Durādo in 2° ſenten. diſt. 43. impugnante hanc reſpōſionē: ⁊ quo ad analogiaȝ ſm rem ⁊ ſm nominis rōnem: ⁊ ſm expoſitionem de ly contra legem ⁊ preter legem. Arguit pmo ꝙ diuiſio pcti in mortale et veniale nō ſit diuiſio analogi in perfectuȝ ⁊ imperfectuȝ ſimpliciter et ſm quid: quia actꝰ voluntariꝰ ſimpliciter .i. deliberatus cadēs ſuper materiā ſimpliciter indebitam: puta vocem ſignificatiuam cōtra id quod eſt in mente eſt ſimpliciter peccatum: ſed mendaciū iocoſuȝ ſcienter ⁊ deliberate ē hmōi. ꝙ pctm veniale ex gn̄e ſeu ꝑ ſe ē ſimplr ⁊ ꝑfecte peccatum. ¶ P. Si i peccatis ē ſimplr ⁊ ſm qd. ergo ⁊ in actibꝰ virtutū: q2 ſi vnū oppoſitoꝝ multiplicatur opȝ reliquuȝ multiplicari. Arguit deinde ꝯtra nominis rationem: quia ſm hoc peccatum

vēiale nō diceref pctm̄ niſi in ordine ad mortale: ſic̄ ac̄ns nō dr̄ ens niſi qꝛ entis: ſʒ h̄ ē falſum: qꝛ ſi pctm̄ morl̄r nō eēt nihilominꝰ eēt vēiale.ꝙ. Arguit demū ꝯ illã expōneʒ: ꝙ mortale ē ꝯ legē vēiale pter: qꝛ oē pctm̄ ē ꝯ aliq̄ʒ legē: vt pʒ de mēdacio ioco ſo: qđ eſt directe ꝯ dictamen nãlis legis.

¶ Ad primum hoꝝ neganda eſt minor. nullius enim pcti vēialis per ſe mã ē ſimplr̄ indebita: ſʒ ſm qd tm̄: qꝛ eniʒ pn^m in opabilibꝰ ē finis: ⁊ id qđ ē ad finē ē ſic̄ ꝯ in ſpeculabilibꝰ: oꝫ pſpicere ꝙ quēadmodū ad pfectionē ſimplr̄ itellꝰ nō ſpectāt ꝯnes ꝯtingētes: q̄ ſm ſe nō hn̄t necc̄iaʒ ꝯnexionē cuʒ pncipijs: ſʒ ſola pncipia ⁊ ꝯnes necc̄ie q̄ mate ſunt eē euidentes ſpectāt ad pfectiōeʒ ſimpliciter itellꝰ: reliq̄ āt ad pfectioneʒ ⁊ ipfectionē ſm qd eiuſdem: adiuuant.n. ⁊ nō nihil pfectiōis ē recte ſe hr̄e circa illa: ita ad appc^{ij} moralē pfectiōeʒ ⁊ ipfectiōeʒ ſimplr̄: ſolus finis ⁊ fini necc̄io coherentia ſpectāt circa q̄ ē pctm̄ mortale. Reliqua āt q̄ ſunt ad finē ꝯtingēter: circa q̄ eſt pctm̄ vēiale ſ ſpectāt ad pfectionē ⁊ iperfectionē ſimplr̄: ſʒ ſm qd eiuſdeʒ. vñ vterqꝫ modus venialium peccatorum ponit imperfectum peccatum: indeliberati nãqꝫ motus in mala mortalia ſunt peccata imperfecta ex parte agentis: quia actus non ex deliberatione fit: deliberati autem motus

ticipant rōnē generis: ſed analogia in ea de qbus p̄dicaī ſm prius ⁊ poſterius: ⁊ iō perfecta ratio pcti quã Aug. ponit cōuenit pctō mortali. Pctm̄ aūt veniale dicif pctm̄ ſm rōnem imperfectam ⁊ in ordine ad pctm̄ mortale: ſicut accñs dicif ens in ordine ad ſubam ſm imperfectaʒ rōnem entis: nō enim eſt contra legē: qꝛ venialiter peccans nō facit quod lex prohibet: nec ꝓtermittit id ad quod lex per preceptū obligat: ſed facit preter legeʒ: quia nō obſeruat modum rationis quem lex intendit. ¶ Ad ſecūdum dōm: ꝙ illud preceptuʒ apl̄i eſt affirmatiuum: vnde nō obligat ad ſemper: ⁊ ſic nō facit contra hoc preceptum: quicunqꝫ nō actu refert in gloriam dei omne qđ facit. Sufficit ergo ꝙ aliquis habitualiter referat ſe ⁊ omnia ſua in deum ad hoc ꝙ non ſemper mortaliter peccet: cum aliquē actum non refert in gloria dei actualiter. Veniale autem peccatum non excludit habitualem ordinationem actus humani in gloriã dei: ſed ſolum actualem: qꝛ non excludit charitatem que habitualiter ordinat in deum: vnde non ſequif ꝙ ille q peccat venialiter peccet mortaliter. ¶ Ad tertium dōm: ꝙ ille qui peccat venialiter inheret bono temporali: nō vt fruens: qꝛ nō conſtituit in eo finem: ſed vt vtens referens in deum nō actu: ſed habitu. ¶ Ad quartum dōm: ꝙ bonum cōmutabile nō accipif terminus contrapoſitus incōmutabili bono: niſi quando cōſtituif in eo finis: quod enim eſt ad finem non habet rationem termini.

¶ Utrū pctm̄ mortale ⁊ veniale differāt gn̄e. Arti. II.

Ad ſcđm ſic ꝓcedif. Videf ꝙ pctm̄ veniale ⁊ mortale non differant genere: ⁊ ita.ſ. ꝙ aliquod ſit pctm̄ mortale ex genere: ⁊ aliqđ veniale ex genere. Bonū enim ⁊ malum ex genere in actibus humanis accipif per cōparationem ad materiã ſiue ad obm: vt ſupra dictū eſt: ſed ſm qđlibet obm̄ vel mãm ꝯtingit peccare mortaliter ⁊ venialiter: qđlibet.n. bonum cōmutabile pōt homo diligere: vel infra deum: qđ eſt peccare venialiter: vel ſupra deum: quod eſt peccare mortaliter. ergo peccatum veniale ⁊ mortale non differūt genere. ¶ Preterea. Sicut dictum eſt ſupra pctm̄ mortale dicitur quod eſt irreparabile. pctm̄ autem veniale quod eſt reparabile: ſed eſſe irreparabile conuenit peccato quod fit ex malitia: quod ſm quoſdam irremiſſibile dicitur: eſſe autē reparabile cōuenit peccato quod fit per infirmitatem vel ignorantiam: qđ dr̄ remiſſibile: ꝗ pctm̄ mortale ⁊ veniale dn̄t ſicut pctm̄ quod eſt ex malitia ꝯmiſſum: vel ex infirmitate ⁊ ignorantia: ſed ſm hoc non differunt

in mala vēialia ſunt impfecta peccata ex parte obiecti: quia obiectum nō eſt ita in debita materia appetitus vt ꝯtinet fini: mã nãqꝫ actus moralis opꝫ ꝙ ſit indebita in ordine ad finē.i. ꝯria debito ad finē: debito aūt necc̄io nō contingēti: qđ in materia venialiū nō habet locum: idebita.n. rō in eis inuenta nō tollit debitū neceſſariū ad finem. Et ꝓpter hanc imperfectionem mã venialis pcti nō dr̄ indebita niſi ſm qd. Ad ꝯfirmationem dr̄ ꝙ etiã i virtuoſis actibus dici pōt ſimplr̄ ⁊ ſm qd. Eutrapelus nãqꝫ ſʒ qd in hoc ſcʒ ⁊ nō ſimplr̄ virtuoſus dr̄: ſicut ſanus pede nō ſimplr̄ ſed ſm hāc partē ſanꝰ dr̄: quãuis melius dr̄ ꝙ nō eſt eadē rō de virtute ⁊ vitio: ſic nec de bono ⁊ malo: quia bonū vno mō ex cauſa.ſ. itegra: malū aūt oifariam contingit. Et ꝓpterea appetitus bonus circa mãs huiuſmodi cōtingētes ꝓprie loquendo nō ad bonitateʒ ſm quid: ſed bonitatis conſumationeʒ ſpectat. Appetitus aūt malus i huiuſmodi nō ad cōſumatiōeʒ malitie: ſʒ ad ſm quid malitiaʒ ſpectat ꝓp rōnem dictã. Allata autem regula de oppoſitis non tʒ quãdo non eſt eadeʒ ratio multiplicatiōis vtriuſqꝫ: non enī oportet ens ſimpliciter.ſ. ſubſtantiaʒ multiplicare ſicut ens ſm quid.ſ. accidens in cōclaſſionū genera diſtinguitur: quia nō eſt vtriqꝫ eadem ratio: ⁊ ſic eſt in propoſito

vt pʒ

peccata genere: ſed cauſa: vt ſupra dictum eſt: ergo peccatum veniale ꝛ mortale nõ differunt gñe. ¶ Preterea. Supra dictũ eſt: ꝙ ſubiti motus tam ſenſualitatis ꝗ̃ rationis ſunt peccata venialia: ſed ſubiti mot⁹ inueniunt̃ in quolibet pctī gñe: ergo nõ ſunt aliqua pctã venialia ex gñe. ¶ Sed cõtra eſt ꝙ Aug. in ſermone de purgatorio enũerat q̃dã gña pctõrũ venialiũ: ꝛ q̃dã gña pctõꝝ mortaliũ. ¶ Rñdeo dicẽdũ: ꝙ pctm̃ veniale a venia dr̃. Põt igitur aliqđ pctm̃ dici veniale vno mõ: q2 ẽ veniã ꝯſecutũ: ꝛ ſic dicit Ambro. ꝙ oẽ pctm̃ per pnĩaʒ fit veniale: ꝛ B dr̃ veniale ex euentu. Alio mõ dr̃ veniale q2 nõ hʒ in ſe: vñ veniã nõ cõſequat̃: vł totaliť: vel in pte: in pte q̃dẽ ſicut cũ hʒ in ſe aliqđ diminuẽs culpã: vt cũ fit ex ifirmitate vł ignorãtia: ꝛ B dr̃ veniale ex cã: ĩ toto aũt ex eo ꝙ nõ tollit ordinem ad vltimũ finẽ. vñ nõ meret̃ penaʒ eternã ſed tpalẽ: ꝛ de hoc veniali ad pñs intẽdim⁹: de primis.n. duob⁹ ꝯſtat ꝙ nõ hñt gen⁹ aliqđ determinatũ: ſʒ veniale tertio mõ dictũ põt hr̃e gen⁹ determinatũ: ita ꝙ aliqđ pctm̃ dicat̃ veniale ex gñe: ꝛ aliqđ mortale ex gñe ſcḋm ꝙ genus vel ſpẽs actus determinant̃ ex obiecto. Cũ.n. voluntas fert̃ in aliqđ qđ ſʒ ſe repugnat charitati p q̃ hõ ordinat̃ in vltimũ finẽ illđ pctm̃ ex ſuo obiecto hʒ ꝙ ſit mortale: vñ eſt mortale ex gñe: ſiue ſit ꝯtra dilectiõeʒ dei: ſicut blaſphemia: piuriũ: ꝛ hmõi: ſiue ꝯtra dilectionẽ pximi: ſicut homicidiũ: adulteriũ ꝛ ſilia: vñ hmõi ſũt pctã mortalia ex ſuo gñe. Quãq̃ vo voluntas peccãtis fert̃ in id qđ in ſe ꝯtinet q̃dã inordinationẽ: nõ tñ ꝯriat̃ dilectioni dei ꝛ pximi: ſicut verbũ ocioſum: riſus ſuperfluus: ꝛ alia hmõi: ꝛ talia ſũt pctã venialia ex ſuo gñe: vt ſupra habitũ ẽ: q2 act⁹ morales recipiũt rõnem boni ꝛ mali: nõ ſolũ ex obiecto: ſʒ et ex aliq̃ diſpõne agentis: vt ſupra hitũ eſt: ꝯtingit q̃nq̃ ꝙ id qđ eſt pctm̃ veniale ex gñe rõne ſui obiecti fit mortale ex pte agẽtis: vel q2 in eo ꝯſtituit finẽ vltimũ: vel q2 ordinat ipm ad aliqđ qđ eſt pctm̃ mortale ex gñe: puta cũ aliqs ordinat verbũ ocioſuʒ ad adulteriũ ꝯmittendũ. Silr̃ et ex pte agẽtis cõtingit ꝙ aliqđ pctm̃ qđ ex ſuo gñe eſt mortale fit veniale pp hoc.ſ. ꝙ act⁹ eſt iperfect⁹.i. nõ deliberat⁹ rõne q̃ eſt principiũ ꝓpriũ mali act⁹: ſicut ſupra dcm̃ eſt de ſubitis motib⁹ infidelitatis. ¶ Ad primũ ergo dicẽdũ: ꝙ ex hoc ipõ ꝙ aliqs eligit id qđ repugnat diuine charitati: ꝯuincit̃ pferre illđ charitati diuine: ꝛ per ꝯñs plus amare ipm ꝗ̃ deũ. ꝛ iõ aliq̃ pctã ex gñe q̃ de ſe repugnant charitati: hñt ꝙ aliqđ diligat̃ ſupra deuʒ: ꝛ ſic ſunt ex genere ſuo mortalia. ¶ Ad ſcḋm dicẽdũ: ꝙ rõ illa ꝓcedit de pctõ veniali ex cauſa. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ: ꝙ rõ illa ꝓcedit de peccato qđ ẽ veniale ꝓpter iperfectionẽ actus.

vt pʒ ex dictis. ¶ Ad 2m dr̃ q, ſicut ois morbu… r̃ infirmitas in ordine ad ꝓuationẽ vite que eſt ifirmitas mortalis ꝛ ſimplr̃: ita oẽ pctm̃ dr̃ pctm̃ in ordine ad pctm̃ qđ ꝓuat fine qđ eſt pncipiuʒ vite moralis: ꝛ vt ex diffõne in lr̃a ex Augu. pʒ cũ pctm̃ ſit dcm̃ factũ vel ꝯcupitũ ꝯ legẽ dei: ꝛ mortale ſit ꝯ legẽ dei ſine additõe aliqua: veniale vo cũ additõe.ſ. ſcḋm qđ. Eſt eñ ꝯ legẽ dei ſcḋm qđ: ꝛ ꝯſtat ꝙ ꝯ legẽ dei ſʒ qđ nõ põt itelligi nõ ꝓintellecto ꝯ legeʒ dei abſolute: ſicut nec albũ ſcḋm qđ ſine albo ſimpliciter oʒ vt peccatuʒ veniale nõ ſolũ ſcḋm rẽ: ſʒ ſcḋm nois rõnẽ i ordine ad mõtale dicat̃: pp qđ in lr̃a dicit̃ q veniale dicit̃ pctm̃ ſʒ rõnem iperfectã et in ordine ad pctm̃ mõtale. Et lʒ pctm̃ veniale poſſit eẽ in hoc vel illo abſq5 mõtali: ſimplr̃ tñ non põt eſſe abſq5 mortali: ſicut nec infirmitas curabilis abſq5 icurabili q̃lis ẽ mortalis: imo ſi nõ eſſet pctm̃ mortale nec veiale eẽt: ſicut ſi nõ eẽt mors: non eẽt egritudo. ¶ Ad 3m dr̃ ꝙ ĩ vbis laborat argum: ꝯcedimus gratis oẽ pctm̃ veniale eẽ ꝯ legẽ ſcḋm qđ: ꝛ hoc ẽ eẽ pter legem. Eſt.n. ꝯ legem ſcḋm q̃d q̃ a legis fine diſcordat ſi ſimplr̃ ſimplr̃: ſi ſcḋm quid ſcḋm qđ: ſʒ ſimplr̃ a fine nõ diſcordat niſi ꝙ ꝯriũ iducit finẽ: ſcḋm qđ vo qđ finis aſſequutõeʒ ipedit: illđ i mortali: B i veiali regrit̃. Et veialia q̃dẽ ex ipfectiõe act⁹ ſunt ſʒ qđ.i. ſʒ ipfectũ motũ ꝯ legẽ dei vt pm⁹ mot⁹ ifidelitatis ꝛ adulterij teſtant̃: veialia aũt ex gñe ſunt ſʒ qđ.i. ſcḋm ipfectã mãʒ ꝯ legẽ dei vt mẽdaciũ iocoſuʒ ꝛ riſus ſupflu⁹ teſtant̃. B aũt ꝯ ſcḋm qđ vocat̃ vno vocabulo pter legẽ: ad plenioreẽ tñ doctrinaʒ ſcito ꝙ quũ dr̃ veiale ex genere eẽ pter ñ ꝯ legẽ põt 2ʼ itelligi. pᵒ vt ita ſit pter legẽ: vt ꝯ nullam ſit legeʒ: ꝛ i B ſenſu falſuʒ ẽ. nã mẽdaciũ ẽ ſcḋm ſe prauũ ꝛ ꝯriuʒ vtuti: ac p B ꝯ legẽ illi⁹ vtutis ꝛ tñ ñ ẽ mortale ex gñe ſuo. Alio vt ſit preter legẽ ꝛ nõ ꝯ q2 nõ ẽ ꝯ itẽtũ fineʒ legis: ꝛ B mõ ꝯ nullã legẽ ẽ veiale: q2 finis cuiuſq5 legis ẽ dilectio dei ſiu ac pximi: ꝯ cuiuſuis bonũ niſi ſcḋm qđ nõ ſit p veniale. Preter aũt legẽ ẽ q2 vt i lr̃a dr̃ debitus mod⁹ rationis a lege intent⁹ nõ ſuat̃: in veialib⁹ q̃dẽ ex ipfectiõe act⁹ violat̃ debit⁹ modus rõnis ꝓueniẽdo rõnẽ vł delibationẽ: in veialib⁹ vo ex gñe violat̃ debit⁹ modus q̃ ſʒ rõnẽ referẽda eſt mã illa ad finẽ.

¶ Articu. II.

In articulo 2ᵒ euiſdeʒ.88. q. nota diſtõnẽ pcti tã veialis ꝗ̃ mortalis ex gñe ꝛ ex parte agẽtis. Et memẽto rõnis ſ ad 2m.q.72. ſupiᵒ artiᵒ 5ᵒ qua dictũ eſt ꝙ ex B ꝙ veniale ꝛ mortale inueniunt̃ differre genere ex pte obiecti nõ hr̃ ꝙ dña venialis ꝛ mortalis ſit ſpeca.i. ꝯſtitutiua gnis vł ſpẽi ſubalterne: ſʒ ꝙ ꝯſeq̃t̃ diſtõne ſpecam ſeu gnicã i his.

IN arti° 3° eiuſdē. 88. q. reco ¶ Arti. III. le nūc nūc dictā diſtōnē ⁊ qͣttuor exiſtētib⁹ mēbris. ſ. mortali ex genere: mortali ex agēte: veniali ex gn̄e: vēiali ex agēte ſeu impfectiōe actus: lr̄a h vltimū mēbꝝ p̄termittit q2 ɔſtat ꝙ hō veniale p ſe diſpōit ad mōtale vtpote euiſdē ſpēi: frequēter enī motus adlterij negligenter hn̄s p ſe diſponitr ad illud. Et de veniali ex gn̄e loquēs cōparat illud ad mōtale vtroqʒ mō p° ad mortale ex pte agētis. 2° ad mortale ex gn̄e: ⁊ docet ꝙ diſpōit per qn̄dā ɔñaʒ ad mōtale ex pte agentis: ⁊ vt remouendo ꝓhibēs ad mortale ex gn̄e. Ubi ſciendū ē ꝙ in vēiali ex gn̄e puta verbis iocoſis cōcurrūt duo p^m eſt affectio ad delectabile in v̄bis iocoſis. alterum declinatio affect⁹ a regula: p^m eſt ɔuerſio ad commutabile bonū. ſcdʒ eſt quaſi auerſio. Ex p° pctm̄ veniale diſponit aium ad cōſtituēdū finē ſuū i tali bono vt pʒ p rōnē lr̄e: ⁊ ſic diſponit manifeſte ad pctm̄ mōtale nō ex gn̄e: ſʒ ex pte agētis: q.n. in tm̄ delectaretr v̄bis iocoſis ꝙ finē in tali delectabili conſtitueret peccaret qdē mortalr p̄ferēdo creaturam creatori: ſed h nō eſſet ex nā obti: qm̄ nō ē ɔ̄ria charitatis fini: ſʒ ex diſpōne agētis ſic affecti. Ex 2° pctm̄ veniale diſponit ad mortale ex genere: q2 quaſi auerſio diſponit ad auerſionē que tollit ſubiectionē voluntatis ad deum que ſubiectio prohibet voluntatem ferri in obiecta ɔtraria charitatis obiecto.

¶ In reſpōſione ad ſcōm dubium occurrit quomodo veniale ⁊ mortale mō dicitur cōuenire in genere: ⁊ i arti° p̄cedēte dcm̄ ē ꝙ diſtiguūtr gn̄e ⁊ i h eodē arti° in rn̄ſione ad p^m ꝙ nō diſtiguūtr ſicut ſpēs vni⁹ gn̄is: ſʒ ſicut ſuba et accidens.

¶ Ad h breuiter dr̄ ꝙ cōuenientia i gn̄e nō affirmatr i littera ſimplr ſʒ cū ſpecificatione inquantū vtrūqʒ importat defectū debiti ordinis: h eſt.n. ɔuenire in genere analogo mali dū vtrūqʒ ex parte auerſiōis i mali ratione conuenit. Aliter tamē ⁊ aliter: q2 in mortali eſt auerſio ſimpliciter h ſm qd. Cūʒ hoc tamē ſtat ꝙ diſtinguantur genere ex parte obiecti: ⁊ ꝙ ordinē habeant inter ſe ſicut ſubſtātia ⁊ accn̄s: vt patet ex dictis.

¶ In reſponſione ad tertium dubiuʒ occurrit q̄ pacto verum ſit ꝙ veniale per ſe diſponit ad mortale: quum nō niſi per quandam ɔñaʒ vel remouendo ꝓhibēs ɔcurrat vt in

¶ Utrū pctm̄ veniale ſit diſpō ad mortale. ¶ Arti. III.

Ad tertiū ſic ꝓceditr. Videtr ꝙ pctm̄ veniale nō ſit diſpō ad mortale: vnū.n. oppoſitū nō diſponit ad aliud: ſed pctm̄ veniale ⁊ mortale ex oppoſito diuidunt: vt dcm̄ eſt: ergo peccatum veniale nō eſt diſpō ad mortale. ¶ Preterea. Actus diſponit ad aliqd ſile in ſpē ſibi. vnde in .ij. ethi. dicitur ꝙ ex ſimilibus actibus generantur ſimiles diſpoſitiones ⁊ habitus: ſʒ pctm̄ mortale ⁊ veniale dr̄nt gn̄e ſeu ſpē: vt dcm̄ eſt: ergo pctm̄ veniale nō diſponit ad mortale. ¶ Preterea. Si peccatū dicatr veniale qd diſpōit ad mortale: oportebit ꝙ qcunqʒ diſponūt ad mortale pctm̄ ſint pctā venialia: ſʒ oia bona opa diſponūt ad pctm̄ mortale: dicit.n. Aug. in regula ꝙ ſupbia bonis opibus inſidiatr vt pereant. ergo et bona opa erūt pctā venialia: qd eſt inconueniens. ¶ Sʒ ɔ̄ eſt qd dr̄ Ecc. xviij. Qui ſpnit minima paulatī defluit: ſʒ ille q peccat venialr vr̄ minima ſpnere: ergo paulatim diſponitr ad hoc ꝙ totalr defluat p pctm̄ mortale. ¶ Rn̄deo dicendū: ꝙ diſponēs eſt quodā mō cā. vn̄ ſm duplicē modū cāe ē duplx diſpōnis modus. Eſt.n. cā qdā mouēs directe ad effectū: ſicut calidū calefacit: eſt et ibi cā indirecte mouens remouēdo ꝓhibens: ſicut remouens colūnā dr̄ remouere lapidem ſuppoſitū: ⁊ ſm hoc act⁹ pcti duplr ad aliqd diſponit. Uno qdem mō directe: ⁊ ſic diſponit ad actū ſilem ſm ſpēm: ⁊ hoc mō primo ⁊ p ſe pctm̄ veniale ex gn̄e nō diſponit ad mortale ex gn̄e cū differant ſpē: ſed per hunc modū pctm̄ veniale pōt diſponere p qn̄dā ɔñtiā ad peccatū qd eſt mortale ex pte agētis: augmētata.n. diſpoſitione vel habitu per actus pctōꝝ venialiū intātum pōt libido peccādi creſcere ꝙ ille qui peccat finē ſuū cōſtituit in pctō veniali. Nā vnicuiqʒ hn̄ti habitum inquātū huiuſmodi finis eſt operatio ſm habitum: ⁊ ſic multotiens peccando venialiter diſponitr ad pctm̄ mortale. Alio mō actus human⁹ diſponit ad aliquid remouendo ꝓhibens: ⁊ hoc modo pctm̄ veniale ex genere pōt diſponere ad mortale peccatū ex genere: qui.n. peccat venialiter ex genere p̄termittit aliquē ordinē: ⁊ ex hoc ꝙ conſueſcit voluntatē ſuā in minoribus debito ordini nō ſubijcere: diſponitr ad hoc ꝙ etiā voluntatem ſuā nō ſubijciat ordini vltimi finis eligendo id qd eſt peccatū mōtale ex genere. ¶ Ad primum ergo dōm: ꝙ peccatum veniale ⁊ mortale nō diuidunt ex oppoſito ſicut due ſpēs vnius generis: vt dictum eſt: ſed ſicut accn̄s cōtra ſubam diuidit: vn̄ ſicut accn̄s pōt eſſe diſpoſitio ad formā ſubalem: ita ⁊ veniale peccatū ad mortale. ¶ Ad ſcōm dōʒ: ꝙ pctm̄ veniale non eſt ſimile mortali in ſpē: eſt tn̄ ſimile ei in genere: inquātū vtrūqʒ importat defectū debiti ordinis: ſʒ alr ⁊ alr: vt dcm̄ eſt. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ opus bonū nō eſt p ſe diſpoſitio ad mortale

vt in corpore articuli dictuʒ eſt: quod eni per conſequentiam ab aliquo emanat per accidens deriuatur: ꝛ ſimiliter remouens prohibens mouet p accn̄s. ¶ Ad hoc dr̄ q lr̄a intendit q veniale p ſe diſponeret ꝯ̄mo tm̄ mō: quia illa diſpō eſt per moduʒ ſimilis vt pʒ in exemplo allato d verbis iocoſis: eiuſdem nāqʒ ſpēi ſunt ſʒ ſe verba locoſa minus amata vt ſunt obiectum peccati vēialis et maxime amata vt ſunt obiectuʒ pcti mortalis ex parte agentis. Dicit autem diſpoſitio eē per quādam ꝯſequentiaʒ ad mortale ex parte agētis: quia nō eſt diſpoſitio neceſſitans ad talem appetitum cū auerſione ſimpliciter ſicut neceſſitat ad ſimilem appetitum iocādi abſolute: ſed quādo eſt intenſa valde natuʒ ē conſequi vt appetitus in tale mortale trahatur: ſic autē diſponere nō eſt oino ex p ſe diſponer: qꝛ actibus animi diſpōere ad ſiles ꝯuēit p ſe per ſuā ꝓpriā nāʒ ꝛ vtute: q̄uis aliqd imperfecti hēat: qꝛ nō ſūt ſiles i auerſiōe iſti actus veniales actui mōtali ad quē pp auerſioneʒ dictā p ꝯn̄taʒ q̄daʒ dr̄ diſponere: ita q veniale inquātū ſile ex pte conuerſiōis diſponit p ſe: inq̄ntū vō ſile ex parte auerſiōis diſponit ſʒ q̄dā ꝯn̄am ad idē mortale ex parte agētis. Scḋs aūt modus lʒ poſſit dici p ſe: qꝛ q̄ſi auerſio ſilis gn̄ice eſt auerſiōi: ac p hoc p ſe ēt d.ſponit ad illā: autor tm̄ nō recedēs a formali ſmone: ꝛ fundamēto dicat qḋ ē p accn̄s: qꝛ quū ſtabiliſſʒ p pctm̄ genꝰ ꝛ ſpēm ac p hoc nām ſuā in ordine ad obm ſortituʒ eſt qḋ cauſat pctm̄ ex pte auerſiōis: ponit cāre illḋ vt remouēs p hibēs: qꝛ remouet ſubiectōeʒ deo ꝓhibentē eiuʒ ferri i obiectum ꝯ̄trium deo: tu tm̄ potes diſtiguere: ꝛ dicere q veniale ex genere ad mortale ex agēte diſponit p ſe ex pte ꝯuerſionis ad ꝯmutabile bonū: ad mōrtale vero ex gn̄e diſponit remouēdo ꝓhibens q̄ ad ꝯ̄neʒ: ꝛ per ſe q̄ ad auerſionē ſcḋm ꝯn̄am vt in p̂ mō declaratū eſt. Et hic habemus quantuʒ a venialiū cōſuetudine cauendū ē: quū tot modis ꝛ illis periculoſis diſponāt ad mortale: pp qḋ freq̄ntibꝰ ꝯtritōibꝰ nō ſuphicientius ſingula ſʒ ſuas ſpēs diſtiguēda ſunt ne hituati nobis i illis occurrētes tentatiōes animos diſpoſitos ꝓpiquos ad mortalia iueniāt.

pctm̄: pōt tm̄ eſſe mā: vel occaſio pcti mortalis per accn̄s: ſʒ pctm̄ veniale p ſe diſponit ad mortale vt dcm̄ eſt.

¶ Utrū pctm̄ veniale poſſit fieri mortale. ¶ Articu. IIII.

AD q̄rtū ſic pcedit. Uidet q pctm̄ veniale poſſit fieri mōtale. Dicit.n. Aug. exponēs illud Jo. Qui incredulus eſt filio nō videbit vitā: pctā minima.i.venialia: ſi negligant occidūt: ſed ex hoc dicit pctm̄ mortale qꝛ ſpiritualr occidit animā: ḡ pctm̄ veniale pōt fieri mōtale. ¶ Preterea. Motus ſenſualitatis ante cōſenſum rōnis eſt pctm̄ veniale: poſt ꝯſenſum vō eſt pctm̄ mortale: vt.ſ. dcm̄ eſt: ḡ peccatū veniale pōt fieri mortale. ¶ Preterea. Pctm̄ veniale ꝛ mortale differūt ſicut morbꝰ curabilis ꝛ icurabilis: vt dcm̄ eſt: ſʒ morbꝰ curabilis pōt fieri incurabilis: ḡ pctm̄ veniale pōt fieri mortale. ¶ Preterea. Diſpoſitio pōt fieri hitꝰ: ſed pctm̄ veniale eſt diſpō ad mortale: vt dcm̄ eſt: ḡ veniale pctm̄ pōt fieri mortale. ¶ Sʒ ꝯtra: ea que drnt in infinitū nō traſmutant in inuiceʒ: ſʒ pctm̄ mortale ꝛ veniale differūt in infinitū: vt ex pdictis pʒ: ḡ veniale non poteſt fieri mortale. ¶ Rn̄deo dōʒ: q pctm̄ veniale fieri mortale pōt tripliciter intelligi. Uno mō ſic q idem actꝰ nūero primo ſit pctm̄ veniale ꝛ poſtea mortale: ꝛ hoc eſſe nō pōt: qꝛ pctm̄ pricipalr ꝯſiſtit in actu volūtatis: ſicut ꝛ qlʒ actꝰ moralr: vn̄ nō dicit vnus actꝰ moralr ſi voluntas mutet: q̄uis ēt actio ſcḋm nām ſit ꝯtinua. Si aūt volūtas nō mutet nō pōt eſſe q de veniali fiat mortale. Alio mō pōt itelligi vt id qḋ eſt veniale ex gn̄e fiat mortale: ꝛ hoc qdē poſſibile eſt iquātū ꝯſtituit in eo finis: vel iquātū refert ad mortale pctm̄ ſicut ad finē: vt dcm̄ eſt. Tertio modo pōt intelligi ita q multa venialia pctā ꝯſtituant vnū pctm̄ mortale: q ſi ſic intelligat q ex multis pctis venialibꝰ integraliter ꝯſtituat vnū pctm̄ mortale: fl'm eſt: nō .n. oia pctā venialia de mūdo pn̄t hr̄e tm̄ de reatu q̄ntū vnū pctm̄ mortale: qḋ pʒ ex parte duratiōis: qꝛ pctm̄ mortale hʒ reatum pene eterne: pctm̄ aūt veniale reatuʒ pene tpalis: vt dcm̄ eſt. Patet etiā ex pte pene dāni: qꝛ pctm̄ mortale meret carentiaʒ viſionis diuine: cui nulla alia pena comparari pōt: vt Chryſoſtomus dicit. Patet ēt ex parte pene ſenſus q̄ntuʒ ad vermē ꝯſcie: lʒ forte q̄ntū ad penā ignis nō ſint improportionabiles pene. Si vero intelligat q multa pctā venialia faciunt vnū mortale diſpoſitiue: ſic veruʒ eſt ſicut ſupra oſtenſum eſt: ſʒ duos modos diſpōnis quo pctm̄ veniale diſponit ad mortale. ¶ Ad primū ergo dōm: q Aug. loquit in illo ſenſu q multa peccata venialia diſpoſitiue cāīt mortale. ¶ Ad ſcḋm dōm: q ille idē motꝰ ſenſualitatis q pceſſit ꝯſenſum rōnis nunq̄ fit pctm̄ mortale: ſed ipſe actus rationis ꝯſentientis. ¶ Ad tertium dicendum: q morbꝰ corporalis nō eſt actꝰ: ſʒ diſpoſi

¶ Articu. IIII.

In articulo 4° eiuſdeʒ.88. q. occurrunt illa vba lr̄e nōnda: lʒ forte q̄ntū ad penā ignis ñ ſint iproporſ

tōabiles pene: dixit h qꝛ quū vtriuſqꝫ.ſ. mōtalis et vēialis pena ignis ſit itēſiue finita: ꝛ oīs finiti ad oē finituꝫ ſit aliq̄ ꝓportio ꝯñs ē vt pene vtriuſqꝫ quātum ad ignē ſint ꝓportiōabiles: ꝛ h ē dicere ꝙ nō ē īfinit⁹ exceſſus īter penaꝫ ignis ꝑ mortali ꝛ ꝑ vēiali: lꝫ mō ꝓcedendo iuxͣ doctrinaꝫ ſ⁹phiſicoꝝ tñ poſſent multiplicari pene venialiū vt ſimꝉ iūcte excedāt penā vni⁹ mortalis de hac ſola pēa loquendo: nec ly forte ē dubitātis: ſꝫ non determinantis.

tio q̄dā ꝑmanēs: vñ eadē manēs pōt mutari: ſꝫ pctm̄ veniale eſt actus tranſiens q reſumi nō pōt: ꝛ q̄ꝫtū ad hoc nō eſt ſimile. ¶ Ad q̄rtuꝫ dōm: ꝙ diſpoſitio q̄ fit habitus eſt ſicut imperfectū in eadē ſpē: ſicut imperfecta ſcia dū ꝑficiť fit hit⁹: ſꝫ veniale pctm̄ eſt diſpoſitio alteri⁹ generis: ſicut accñs ad formā ſubſtātialē in quā nunquā mutatur.

¶ Utꝝ circūſtātia poſſit faceř de veniali mortale. Arti. V.

A D q̄ntuꝫ ſic ꝓcediť. Uideť ꝙ circūſtātia poſſit de veniali pctō facere mortale. Diť .n. Aug. in ſermone de purgatorio: ꝙ ſi diu teneať iracūdia ꝛ ebrietas ſi aſſidua ſit: tranſeunt in numerū peccatorum mortaliū: ſed ira ꝛ ebrietas nō ſunt ex ſuo genere pctā mortalia: ſed venialia: alioquin ſemper eſſent mortalia. g̃ circūſtātia facit pctm̄ veniale eſſe mortale. ¶ Preterea. Magiſter dicit .xxiiij. diſ. ij. li. ſniaruꝫ: ꝙ delectatio ſi ſit moroſa eſt peccatū mortale: ſi aūt nō ſit moroſa eſt pctm̄ veniale: ſed moroſitas eſt q̄dā circūſtantia: g̃ circunſtantia facit de peccato veniali mortale. ¶ Preterea. Plus differūt malū ꝛ bonū quā veniale pctm̄ ꝛ mortale: quorū vtrūqꝫ eſt in gñe mali: ſed circunſtantia facit de actu bono malū: ſicut pꝫ cū qs dat elemoſynā ꝑꝑ inanē gloriā. g̃ multo magis poteſt facere de pctō veniali mortale. ¶ Sed ꝯtra eſt ꝙ cū circunſtantia ſit accñs: q̄ꝫtitas eius nō pōt excedere q̄ꝫtitatē ipſius actus quē hꝫ ex ſuo gñe. ſemꝑ eni ſubm̄ ꝑeminet accidenti: ſi igiť act⁹ ex ſuo genere ſit pctm̄ veniale nō poterit per circunſtantiam fieri pctm̄ mortale: cum pctm̄

mortale in infinitū quodāmō excedat q̄ꝫtitatē venialis: vt ex dictis pꝫ. ¶ Reſpōdeo dōm: ꝙ ſicut ſupra dcm̄ eſt: cum de circunſtantijs ageref: circunſtantia inquātū hmōi eſt accidens moralis actus. contingit tñ circūſtantiā accipi vt dr̄iaꝫ ſpecificā actus moralis: ꝛ tūc amittit rōnē circunſtātie ꝛ cōſtituit ſpēm moralis act⁹: hoc aūt ꝯtingit in peccatis qñ circunſtantia addit deformitatē alterius generis: ſicut cum aliquis accedit ad nō ſuā eſt act⁹ deformis deformitate oppoſita caſtitati: ſed ſi accedat ad nō ſuaꝫ que eſt alterius vxor: addiť deformitas oppoſita iuſtitie: ꝯtra quaꝫ eſt vt aliquis vſurpet rem alienā: ꝛ ſm hoc hmōi circunſtātia ꝯſtituit nouam ſpēm pcti q̄ diciť adulteriū: impoſſibile ē aūt ꝙ circūſtātia de pctō veniali faciat mortale niſi afferat deformitatem alterius generis. Dictū eſt .n. ꝙ pctm̄ veniale hꝫ deformitatem ꝑ hoc ꝙ īportat deordinationem circa ea q̄ ſunt ad finē. pctm̄ aūt mortale hꝫ deformitatē ꝑ hoc ꝙ īportat deordinationem reſpectu vltimi finis: vñ manifeſtū eſt ꝙ circūſtantia nō pōt de veniali pctō facere mortale manēs circūſtātia: ſed ſolū tūc qñ trāſferť in aliā ſpēm: ꝛ fit quodāmō dr̄ia ſpecifica mortalis act⁹. ¶ Ad primū ergo dōm: ꝙ diuturnitas nō eſt circunſtātia trahens in aliam ſpēm: ſimilꝛ nec frequētia vl' aſſiduitas: niſi forte per accñs ex aliquo ſuperuenientī. Nō eni aliq̄d acq̄rit nouā ſpeciem ex hoc ꝙ multiplicať vel ꝓcellať: niſi forte in actu ꝓcelato vel multiplicato ſuperueniat aliq̄d q̄d variet ſpēm. puta inobediētia vel ꝯtēptus: vl' aliq̄d huiuſmodi. Dicēdū eſt

nī aliq̄ dr̄ia obuia vt pꝫ ex h ꝙ i illa met ſola ſpē pcti reponiť: nō .n. facile eſt fingere ad quaꝫ aliam ſpēm reduciť: nō igiť oꝫ quotiēs de veniali ex genere fit mortale mutari ſpēm.

¶ Ad euidētiā huius ſciendū eſt ꝙ ſicut in ſpeculabilib⁹ ꝓncipia ꝛ ꝯcluſiones habent duas rationes formales: alterā ſꝫ res ſignatas: alterā ſm ꝙ ſūt cogſcibilia: pꝫ nāqꝫ aliꝫ etas rōnū formaliū ex h ꝙ ꝓn⁹ iter ſe ꝛ ꝯnes inter ſe diuerſis naturis ꝯſtituunť: oia tñ ꝓn⁹ ꝯueniūt ī h ꝙ vno mō cogſcibilia ſūt .ſ. ꝑ ſe ipſa. Et ſilr oēs ꝯnēs ſūt cogſcibiles ꝑ aliū. ita i apꝑetibilibus finis ꝛ quod eſt ad finem duas habent rōnes formales: alterā ſm res que ſunt finis ꝛ ad finem: alteraꝫ ſm ꝙ ſunt apꝑetibilia. nam oēs fines diſtinguunť ſm diuerſas naturas rerū ꝛ ꝯueniūt i vno mō appeti⁹.ſ. ꝑ ſe: ꝛ ſilr ea q̄ ſunt ad finē ſꝫ nās ſuas diſtinguūť ꝛ conueniūt in vno mō appetibilitat⁹.ſ. ꝑꝑ aliū. Cōſiderādū ā q̄ꝫ ē ꝙ ſicꝫ in ſpeculabi⁹ ꝯ ꝯtigit aliq̄d eē cognitū ſm

¶ Articu. V.

N articulo ſ⁹ eiuſdē .88. q. du⁹ occur' q̄ pacto dcm̄ ē ꝙ ð veniali ex gñe fit mortale ex ꝑte agētis duꝫ ꝯſtituiť i eo finis: ꝛ nūc dr̄ ꝙ circūſtātia nō facit ð veniali mor' niſi mutādo ſpēm: manēte nāqꝫ obo pcti vēialis ſolo ipoſt ē eſſe mutatiōeꝫ ſpeciei: qꝛ oīs mutatio ſpe⁹ ē ex obuia aliqua dr̄ia: ꝯſtat aūt ꝙ ī ꝓpoſito ſic ē nā quū qs in tīli delectať in v̄bis iocoſis ꝙ finē in eis ꝯſtituit manet idē obꝫ ꝛ nō appo

vl ꝑ

vel ꝑ aliud. ſ. ex pte rei ex pte cogſcētis. Nā pn^a q̄ ſunt ex ſe pn^a ſunt cognita ꝑ ſe ex meritis rei: ꝓpōnes ãt q̄ a nobis vt per ſe notę accipiunt̄: ſʒ ſe ãt hñt mediū: ex pte aūt cogſcētis ſunt cognite ꝑ ſe. Et ſic ꝑpō q̄ ex meritꝭ rei ſignāte eſt ꝯclō ex pte cognoſcētis tranſit i nām pncipij nō ſʒ rē ſʒ ſm cogſcibilē rōnē: qđ ē mutare ſpēm non rei ſʒ cogſcibilis. ita i appetibilib^9 duobus modis ꝯtingit aliqd eē appetitū p ſe vel ꝑ aliud. ſ. ex meritis rei vt bonuʒ honeſtū ꝛ amabile per ſe ꝛ vtile pp aliđ vl ex pte appetētis: ꝛ ſic ꝯtingit appetibile pp ſe trāſire in appe^{le} pp aliđ ꝛ ecōv: vt pʒ in ꝑuerſis appetētib^9 vtētib^9 fruēdis: ꝛ fruētib^9 vtendis. Et ſic ꝯtigit vnū appetibile tranſire i ſpēm alteri^9 appetibilis: nō ſʒ mutationē rei ſʒ ſʒ mutationē rōnis appetibilꝭ in ordine ad appetētē: ꝛ ſic ē i ꝓpoſito. nā quū qs ponit finē i pctō vēiali: puta in vbis iocoſis: vba iocoſa q̄ ex meritꝭ rei ſūt in ſpē appetibilis pp aliđ: ex mala diſpōne appetentis mutāt̄ i appe^{le}

ergo ꝙ cū ira ſit motꝰ animi ad nocendū ꝓrio: ſi ſit tale nocumentū in qđ tēdit mot^9 ire: qđ ex gñe ſuo ſit pctm̄ mortale: ſicut homicidiū: vel furtū: talis ira ex gñe ſuo eſt peccatū mortale: ſʒ qđ ſit pctm̄ veniale hʒ ex imꝑfectiōe act^9 inquātū eſt mot^9 ſubitus ſenſualitatis. ſi ꝟo ſit diuturna: redit ad nām ſui generis per ꝯſenſum rōnis. Si ꝟo nocumentuʒ in qđ tendit motus ire eēt veniale ex genere ſuo: puta cū aliqs in hoc iraſcit̄ ꝯtra aliquem ꝙ vult ei dicere aliqđ ꝟbuʒ leue ꝛ iocoſuʒ qđ modicū ipm̄ cōtriſtet: nō erit ita pctm̄ mortale quātūcūq ſit diuturna niſi forte per accñs. puta ſi ex hoc genere ſcādalum oriat̄ vel pp aliqd hmōi. De ebrietate ꝟo dōʒ ē: ꝙ ſm ſuā rōnē hʒ ꝙ ſit pctm̄ mortale: ꝙ enī hō abſq neceſſitate reddat ſe ipotētem ad vtendū rōne per quā hō in deū ordinat̄. ꝛ multa pctā occurrētia vitet ex ſola voluptate vini expꝛeſſe ꝯriat̄ vt virtuti: ſed ꝙ ſit pctm̄ veniale ꝯtingit pp ignorantiaʒ quādā vel infirmitateʒ. puta cū hō neſcit ꝟtutē vini aut ꝓpriā debilitatem: vñ nō putat ſe inebriari: tunc. n. nō imputat̄ ei ebrietas ad pctm̄: ſed ſoluʒ ſuperabūdantia potus: ſed qñ frequenter inebriat̄: non pōt per hanc ignorantiam excuſari quin videat̄ volūtas eius eligere magis pati ebrietatē q̄ʒ abſtinere a vino ſuperfluo. vñ redit peccatū ad ſuā nām. ¶ Ad ſcōm dōm: ꝙ delectatio moroſa nō dicit̄ eē pctm̄ mortale niſi in his que ex ſuo genere ſunt peccata mortalia. In qbus ſi delectatio nō moroſa ſit peccatū veniale eſt ex iꝑfectiōe act^9: ſicut ꝛ de ira dcm̄ eſt: dicitur enī ira diuturna ꝛ delectatio moroſa pp approbationē rōnis deliberantis. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ circunſtantia nō facit de bono actu malum niſi ꝯſtituens ſpēm pcti vt ſupra etiā habitum eſt.

¶ Utruʒ pctm̄ mortale poſſit fieri veniale. ¶ Arti. VI.

AD ſextuʒ ſic ꝓcedit̄. Videt̄ ꝙ pctm̄ mortale poſſit fieri veniale. Equaliter eniʒ diſtat pctm̄ veniale a mortali: ꝛ ecōuerſo: ſʒ pctm̄ veniale fit mortale: vt dcm̄ ē. ergo ꝛ pctm̄ mortale pōt fieri veniale. ¶ Preterea. Pctm̄ veniale ꝛ mortale ponunt̄ drīe ſm hoc ꝙ peccans mortaliter diligit creaturam pluſq̄ʒ deū. peccans aūt venialr̄ diligit creaturaʒ infra deū. ꝯtingit aūt ꝙ aliquis cōmittēs id qđ eſt ex genere ſuo pctm̄ mortale: diligat creaturam infra deum. puta ſi aliqs neſciens fornicationē ſimplicem eē pctm̄ mortale ꝛ ꝯriā diuino amori fornicet̄: ita tñ ꝙ pp diuinuʒ amorē paratus eſſet fornicationē ꝑtermittere ſi ſciret fornicādo ſe ꝯtra diuinū amorē agere: ergo peccabit venialiter. ꝛ ſic peccatū mortale poteſt veniale fieri. ¶ Preterea. Sicut dcm̄ eſt: plus differt bonū a malo q̄ʒ veniale a mortali: ſed actus qui eſt de ſe malus pōt fieri bon^9: ſicut homicidiū pōt fieri actus iuſtitie: pʒ in iudice qui occidit latronem. ergo multo magis pctm̄ mortale pōt fieri veniale. ¶ Sed cōtra eſt ꝙ eternuʒ nunq̄ʒ pōt fieri temporale. ſed pctm̄ mortale meret̄ penam eternā: pctm̄ aūt veniale temporalē penā. ergo pctm̄ mortale nunq̄ʒ pōt fieri veniale. ¶ Reſpōdeo dōʒ: ꝙ veniale ꝛ mortale differūt ſicut ꝑfectū ꝛ imꝑfectū in genere pcti: vt dcm̄ ē.

ꝑ ſe dūi eis finis ꝯſtituit: ꝛ interuenit ibi mutatio ſpēi ſi ſʒ rē appetitā: ſʒ rōnē appetibilis in ordine ad appetētē: ꝛ ꝑ hoc pʒ rñſio ad obiōnē. naʒ cuʒ h̄ ꝙ pctm̄ illđ mortale ē i illa met ꝛ ſola ſpē i q̄ ē veniale ſʒ rōneʒ rei obte: ſtat ꝙ ſit i alia ſpē ſʒ rōnē formaleʒ appetibilis vt ſic: ꝛ ꝑpea ꝛ ꝑus ꝛ nūc dcā ſūt vera diuerſimode intellecta: merito ãt ſic dicimus: qꝛ circūſtantia finis: que vocat̄ cur: ſicē 2^r ſuꝑuenit veniali ex gñe faciēdo ð veniali mortale: ita 2^r variat ſpēʒ ꝓportōalitate ſuata: verbuʒ nāqʒ iocoſū 2^r ſit ex fine mortale. ꝑ ex pte obi puta ſi ordiat̄ ad adulterium. 2° ex pte agentis: puta ſi ꝯſtituat̄ in eo finis: ꝛ ſicut nūc ſit mortale ex pte agētꝭ ita ſpēs appōit ex pte appetētis: ita ꝙ ð vēiali ex gñe ſit mortale ex pte agētis: ꝛ mutat ſpeciē i ordine ad agēs: qđ ē mutare ſpēʒ appetibilis vt ſic.

¶ Articu. VI.

IN ar. 6^e. euiſ deʒ. 88. q. du^m ocur^r circa vltima vba corporis ar^{li}. ſ. ꝙ

p ſubtractiõez delibatõis ſoluiť ſpẽs act⁹ moralis. ſi. n. h̃ ẽ vez ſeqť q̃ idelibati mot⁹ ĩfidelitatis: adulterij: furti: ⁊ hmõi nõ ſint eiuſdẽ ſpẽi cũ ipſis pctis pfectis: cui⁹ oppo^m diciũ ẽ. ⁊ cõſtat eẽ vez: qꝛ ad obꝫ idẽ rẽdũt: ⁊ ſi idelibati motus pdicti ſũt eiuſdẽ ſpẽi cũ pfectis. g̃ nõ ſoluiť ſpẽs moraliũ actuũ ex ſubtractõe delibatõis vt in lr̃a nũc dr̃.

ℭ Ad h̃ dr̃ q̃ qꝛ iux̃ q̃druplicez bonitatẽ actꝰ moralis 4ᵉ ſpẽs ſumi pt vt. i. q. 18. ſupi⁹ pꝫ: iõ de entitate act⁹ moralis i q̃tũ act⁹ moralis ẽ: vere dici põt q̃ ſpẽs ſeu rõ formalis ſumiť a ratione dliberata: q̃m ex h̃ hꝫ actus hois q̃ ſit moralis. vñ iſta ſpẽs ſubalterna puta actus moral' ſub gñe act⁹ cõſtituiť p eẽ a rõne dliberata. Et ppea act⁹ ipfect⁹ ex defectu delibatiõis nõ ẽ eiuſdẽ ſpẽi vt hñs nãz illi⁹ ſpẽi q̃uis ſit eiuſdez ſpẽi vt tẽdens ad illã: ſicẽ embrio ẽ i ſpẽ nõ gnãnde: ⁊ ſoluiť g̃ ſpẽs act⁹ moralis vt ſic ex ſubtractiõe deliberatõis ⁊ eiuſdez tñ ſpeciei ẽ act⁹ idelibera⁹ cũz delibato reductiue ſicẽ ipfci ad pfcm̃ ⁊ via ad termini ſpẽm reducitur.

ℭ In eodez ar⁰ nõ rñſionẽ ad 2^m ſũctã auree rñſioni ad p^m pcedẽtis arti^li: q̃m h̃ hẽs manifeſ. vñ videť potes deciſionẽ ſupi⁹ factaz d ſpẽb⁹ pctõꝝ ex ignorãtia.

Imperfectũ aũt p aliq̃z additionẽ põt ad pfectionẽ venire. vnde ⁊ veniale p hoc q̃ addiť ei deformitas pertinens ad genus pcti mortalis efficiť mortale. ſicut cũ aliqs dicit verbũ ocioſuz vt fornicet: ſed id qð eſt pfectũ nõ põt fieri imperfectũ per additionem. ⁊ iõ pctm̃ mortale nõ fit veniale p hoc q̃ addiť ei aliq̃ deformitas pertinens ad genus pcti venialis: nõ. n. diminuiť pctm̃ eius qui fornicať vt dicat v̱bum ocioſuz: ſꝫ magis aggrauať pp deformitatẽ adiũctã. Poteſt tñ id qð eſt ex genere mortale eẽ veniale pp iperfectionez act⁹: qꝛ nõ pfecte pringit ad rõnem actus mortalis: cũ nõ ſit deliberat⁹: ſed ſubit⁹: vt ex dictis pꝫ. ⁊ hoc fit per ſubtractionẽ q̃zdaz. ſ. deliberate rõnis. ⁊ qꝛ a rõne deliberata hꝫ ſpẽm moralis actus: inde eſt q̃ per talẽ ſubtractionem ſoluiť ſpecies. ℭ Ad primũ g̃ dõm: q̃ veniale differt a mortali ſicut iperfectũ a pfecto: vt puer a viro. fit aũt ex puero vir: ſed nõ cõuertiť. vnde rõ nõ cogit. ℭ Ad ſecundũ dõm: q̃ ſi ſit talis ignorantia q̃ pctm̃ oĩno excuſet. ſicut eſt furioſi vel amẽtis: tunc ex tali ignorãtia fornicationez cõmittẽs nec venial'r nec mortaliter peccat. Si v̱o ſit ignorantia nõ iuincibilis: tũc ignorãtia ipſa eſt pctm̃: ⁊ cõtinet in ſe defectuz diuini amoris: inq̃ãtũ negligit homo adiſcere ea p q̃ põt ſe in diuino amore cõſeruare. ℭ Ad tertiũ dõꝫ: q̃ ſicut Aug. dicit in lib. cõtra mẽdaciuz. Ea q̃ ſunt ſm̃ ſe mala nullo fine bñ fieri pñt: homicidium aũt eſt occiſio inocẽtis: ⁊ hoc nullo mõ bene fieri põt. ſꝫ iudex q occidit latronẽ: vel miles q hoſtez rei publice nõ appellanť homicide: vt Aug. dicit in lib. de libe. arbi.

ℭ De pctõ veniali ſm̃ ſe. Q̃ õ. LXXXIX.

Deinde cõſiderandũ eſt de pctõ veniali ſm̃ ſe. ℭ Et circa hoc q̃runť ſex. ℭ Primo vtrũ pctm̃ veniale cãet maculã in aĩa. ℭ Scdõ de diſtinctiõe pcti venialis put figurať p lignũ fenũ ⁊ ſtipulaz. j. Cor. iij. ℭ Tertio vtrũ hõ in ſtatu inocentie potuerit peccare venial'r. ℭ Quarto vtꝝ ãgelus bon⁹ vel malus poſſit peccare venial'r. ℭ Quinto vtrũ primi motus infideliũ ſint pctã venialia. ℭ Sexto vtrũ veniale poſſit eſſe in aliquo ſimul cũ ſolo pctõ originali.

ℭ Vtrum peccatũ veniale cauſet maculam in anima. ℭ Articulus. I.

Ad primũ ſic pcediť. Videť q̃ pctm̃ veniale cãet maculaz in aĩa. Dicit. n. Aug. i li. de pñia: q̃ pctã venialia ſi multiplicenť: decorẽ nr̃z ita exterminãt: vt a celeſtis ſpõſi amplexib⁹ nos ſeparẽt: ſꝫ nihil aliud eſt macula q̃z detrimẽtũ decoris. g̃ pctã venialia cãnt maculã in aĩa. ℭ Preterea. Pctm̃ mortale cãt maculã in aĩa pp iordinationẽ act⁹ ⁊ affect⁹ ipſius peccãtis: ſꝫ in pctõ veniali eſt q̃dã deordinatio act⁹ ⁊ affectus. g̃ pctm̃ veniale cãt maculã in aĩa. ℭ Preterea. Macula aĩe cãtur ex cõtctu rei tpal' p amorez: vt. s̃. dcm̃ eſt: ſꝫ in pctõ veniali aĩa inordinato amore cõtingit rẽ tpalẽ. g̃ pctm̃ veniale inducit maculã in aĩa. ℭ Sed cõ eſt q̃ dr̃ Eph. v. Vt exhiberet ip̃e ſibi glorioſam eccl'iã nõ hñtẽ maculaz: aut rugã: glo. j. aliqð pctm̃ criminale. g̃ pprĩũ pcti mortal' eẽ vr̃ q̃ maculã in aĩa cãet. ℭ Rñdeo dõm: q̃ ſicẽ ex dictis pꝫ: macula importat detrimẽtũ nitoris ex aliquo cõtctu: ſicẽ in corpalib⁹ pꝫ. ex qb⁹ p ſimilitudinẽ nomẽ macule ad aĩam transferť. Sicut aũt in corpe eſt duplex nitor: vnus q̃dez ex intrinſeca diſpõne mẽbroꝝ ⁊ coloris. Alius aũt ex exteriori claritate ſuperueniente. ita ẽt in anima eſt duplex nitor. Vnus q̃dẽ habitualis quaſi intrinſecus. Ali⁹ aũt actualis quaſi exterior fulgor: pctm̃ aũt veniale ipedit q̃dẽ nitorẽ actualẽ: nõ tñ habitualẽ: qꝛ nõ excludit: neq̃z diminuit habituz charitatis ⁊ aliarũ v̱tutũ. vt infra patebit. ſed ſolũ ipedit eoꝝ actũ: macula aũt iportat aliq̃d manens in re maculata: vñ magis videť ptinere ad detrimẽtũ

re ad d̄trimētū habitualis nitoris q̄ꝫ actualis. vñ ꝓprie loquēdo pctm̄ veniale nō cāt maculā in aīa: etſi alicubi dicaꝛ maculā īducere: hoc eſt ſm̄ qd inquātū īpedit nitorē q eſt ex actib⁹ ꝟtutū. ¶ Ad primū ḡ dōm: ꝙ Aug. loquiꝛ in eo caſu in quo multa pctā venialia diſpoſitiue inducūt ad mortale. alr̄ āt nō ſepararēt ab amplexu celeſtis ſponſi. ¶ Ad ſcdꝫ dōm: ꝙ inordinatio actus in pctō mortali corrūpit habitū ꝟtutis. nō āt in pctō veniali. ¶ Ad tertiū dōꝫ: ꝙ in pctō mortali aīa ꝑ amorē ꝯtingit rē tpaleꝫ q̄ſi finē: ⁊ ꝑ hoc totalr̄ īpediꝛ influx⁹ ſplendoris grē q ꝓuenit in eos q deo adherēt: vt vltimo fini ꝑ charitatē: ſꝫ in pctō veniali non adheret hō creature tanq̄ꝫ fini vltimo: vñ nō eſt ſimile.

¶ Utꝝ ꝯuenienter pctā venialia ꝑ lignū fenū ⁊ ſtipulā deſignenꝛ. ¶ Arti. II.

AD ſcdꝫ ſic ꝓcediꝛ. Uideꝛ ꝙ icōuenienter pctā venialia ꝑ lignū: fenū ⁊ ſtipulā deſignenꝛ. Lignū.n. fenū ⁊ ſtipula dnr̄ ſupedificari ſpūali fundamēto: ſꝫ pctā venialia ſunt p̄ter ſpūale edificiū: ſic ēt q̄libet falſe opiniōes ſunt p̄ter ſciaꝫ. ḡ pctā venialia nō ꝯuenienter dſignanꝛ ꝑ lignū: fenū ⁊ ſtipulā. ¶ Preterea. Ille q edificat lignū: fenuꝫ ⁊ ſtipulā: ſic ſalu⁹ erit q̄ſi ꝑ ignē: ſꝫ q̄nq̄ꝫ ille q ꝯmittit pctā venialia nō erit ſalu⁹ ēt ꝑ ignē: puta cū pctā venialia īueniunꝛ in eo q decedit cuꝫ pctō mortali. ḡ incōuenienter ꝑ lignū fenū ⁊ ſtipulā pctā venialia dſignanꝛ. ¶ Preterea. Secūdū apl'm alij ſunt q edificāt aurū: argētū: lapides p̄cioſos.i. amoreꝫ dei: ⁊ ꝓximi ⁊ bona opa. ⁊ alij q edificāt lignū: fenum: ⁊ ſtipulā: ſꝫ pctā vēialia cōmittūt ēt illi q diligūt deū ⁊ ꝓximū: ⁊ bona opa faciūt. dr̄.n.j. Jo.ij. Si dixerimus q2 pctm̄ nō habem⁹: nosipſos ſeducim⁹. ḡ nō ꝯuenienter deſignanꝛ pctā venialia ꝑ iſta tria. ¶ Preterea. Multe plꝰs dr̄ie ⁊ gradus ſunt pctōꝝ venialiū q̄ꝫ tres. ḡ incōuenienter ſub his trib⁹ ꝯphendunꝛ. ¶ Sꝫ ꝯ ē qd apl'us.i. ad Corinth.iij. dic̄ de eo q ſupedificat lignū: fenū ⁊ ſtipulā: ꝙ ſalu⁹ erit q̄ſi ꝑ ignē: ⁊ ſic patieꝛ penā: ſꝫ nō eternā. reat⁹ āt pene tpalis ꝓprie ꝑtinet ad pctm̄ veniale: vt dcm̄ ē. ḡ ꝑ illā tria ſignificanꝛ pctā venialia. ¶ Rn̄deo dōꝫ: ꝙ qdā intellexerūt fundamētū eē fidē īformē: ſup quaꝫ aliq edificāt bona opa: q̄ figuranꝛ ꝑ aurū: argētū ⁊ lapides p̄cioſos: qdā ꝟo pctā ēt mortalia: q̄ figuranꝛ ſm̄ eos ꝑ lignū: fenū: ⁊ ſtipulā: ſed hāc expoſitionē iprobat Aug. in lib. de fide ⁊ operib⁹: q2 vt apl'us dicit ad Gal. v. Qui opa carnis facit regnū dei nō ꝯſequiꝛ. qd eſt ſaluuꝫ fieri. Apoſtolus āt dicit ꝙ ille q edificat lignū fenū ⁊ ſtipulā ſaluus erit q̄ſi per ignē: vñ non pōt itelligi ꝙ ꝑ lignū: fenū: ⁊ ſtipulā pctā mortalia deſignenꝛ. Dicūt ḡ qdā: ꝙ ꝑ lignū: fenū: ⁊ ſtipulā ſignificanꝛ opa bona q̄ ſuperedificātur qdē ſpūali edificio: ſꝫ tn̄ ꝯmiſcēt ſe eis peccata venialia. ſicut cū aliqs hꝫ curā rei familiaris: qd bonū eſt. ꝯmiſcet ſe ſupfluus amor: vl' vxoris: vel filioꝝ: vel poſſeſſionū: ſub deo tn̄: ita.ſ. ꝙ pro his hō nihil vellet facere ꝯtra deū: ſꝫ hoc itez nō videꝛ ꝯuenienter dici. Manifeſtū eſt.n. ꝙ oīa opera bona referunꝛ ad charitateꝫ dei ⁊ ꝓximi. vñ pertinent ad aurū ⁊ argentū: ⁊ lapides precioſos. nō ḡ ad lignū: fenū: ⁊ ſtipulaꝫ. Et iō dōm eſt ꝙ ipſa pctā venialia que admiſcent ſe ꝓcurantibus terrena ſignificanꝛ per lignuꝫ: fenū: ⁊ ſtipulā ſicut.n. hmōi ꝯgreganꝛ in domo. ⁊ nō ptinēt ad ſubaꝫ edificij: ⁊ pn̄t ꝯburi edificio remanente: ita ēt pctā venialia multiplicanꝛ in hoīe manēte ſpūali edificio. ⁊ pro iſtis patiꝛ ignē: vel tēporalis tribulationis in hac vita: vl' purgatorij poſt hāc vitā: ⁊ tn̄ ſalutē ꝯſequiꝛ eternaꝫ. ¶ Ad primū ḡ dicendū: ꝙ pctā venialia non dnr̄ ſuperedificari ſpūali fundamēto q̄ſi directe ſupra ipm̄ poſita: ſed q2 ponunꝛ iuxta ipſa: ſicut accipitur ibi. Sup flumina babylonis.i. iuxta: q2 pctā venialia nō deſtruunt ſpūale edificium: vt dcm̄ eſt. ¶ Ad ſcdm̄ dōm: ꝙ nō diciꝛ de quocūq̄ꝫ edificāte lignū: fenū: ⁊ ſtipulā: ꝙ ſaluus ſit quaſi per ignē: ſed ſolū de eo qui edificat ſupra fundamentū: qd qdē nō eſt fides informis: vt quidam eſtimabant: ſed fides formata charitate ſm̄ illud Eph.iij. In charitate radicati ⁊ fundati. Ille ergo qui decedit cū peccato mortali ⁊ venialibus hꝫ qdē lignū: fenū: ⁊ ſtipulā: ſꝫ nō ſunt ſuperedificata ſupra fundamētū ſpūale. ⁊ iō nō erit ſalu⁹ ſic q̄ſi ꝑ ignē. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ illi qui ſunt abſtracti a cura tēporaliū rerū. etſi aliqn̄ venialr̄ peccēt: tn̄ leuia pctā venialia ꝯmittunt: ⁊ frequētiſſime ꝑ feruorē charitatis purganꝛ vñ tales nō ſuperedificāt venialia: q2 in eis modicū manēt: ſꝫ peccata venialia ipſoꝝ que circa terrena occupanꝛ diutius manēt: q2 nō ita frequēter recurrere pn̄t ad hmōi pctā venialia delenda per charitatis feruoreꝫ. ¶ Ad q̄rtū dōm: ꝙ ſicut phus dicit in.j. de celo. Omnia tribus includunꝛ.ſ. principio: medio: ⁊ fine: ⁊ ſm̄ hoc omnes gradus venialiū peccatoꝝ ad tria reducunꝛ.ſ. ad lignū qd diu

¶ Queſtio. LXXXIX. ¶ Artic. I.
Omiſſis articulis pmis.q.89.i 3° arti° du^m oc/
currit ex Sco.in.21.di. ſcđi ſniaȝ tenēte q in
ſtatu inocētie potuit hō peccare vēialr abſqȝ
mortali pctō: arguitqȝ 4r ad h. p° qꝛ donū
originalis iuſti
tie nō pfectius
ꝯiungebat ho-
minē vlti° fini
q̄ꝫ q̄cumqȝ grā
gratum faciēs
ꝯiūgit nūc via
torē: ſed cū grā
q̄cumqȝ viato-
ris nūc ſtat ve
niale pctm̄: qꝛ
ſi dixerim°: qꝛ
pctm̄ nō habe-
mus ꝛc. ḡ. p̄.
Adaȝ tunc po-
tuit cōmittere
veniale ex gñe
puta dicere v-
bū ocioſum.ḡ.
p̄. Sequeret̄
q mōtale ꝛ ve
niale eq̄ repu-
gnarēt rectitu
dini ſtat° inno
cētie: qꝛ vtrū-
qȝ ē ei ſpoſe ꝛ
corrūpet eum.
p̄. Ab extrēo
ad extremum
nō fit trāſit° ni
ſi p mediū: ſed
veniale mediū
eſt iter iuſticiā
ꝛ mortale.ḡ.
¶ Ad p^m hoꝝ
dr̄ q peccat ꝫ
nō cām vt cāȝ:
ꝛ ꝫm figurā di-
ctiōis mutādo
ſic vl̄ pl̄a i ma
gis: vl̄ eꝫ. iuſti
tia.n. origialis
nō qꝛ magis: ſꝫ
qꝛ ſic vel plurī
bus modis cō-
iungebat vltio
fini repugnat
pctō vēiali: qꝛ
ſic coniūgebat
vltio fini vt oī
no iferi° ifalli-
bilr ordinaret̄
ſub ſuo ſupio-
ri. Et cū ꝫ hāc
rōnē iſtat Sco.
qꝛ pctm̄ venia
le: cōmittit̄ ēt
in pte ſupiori:
vt pꝫ de pmis
motib° infide-

tius manet in igne: ad ſtipulā
que citiſſime expedit̄: ad fenū
qđ medio modo ſe hꝫ: ſꝫ.n.q
peccata venialia ſunt maioris
vel minoris adherētie vl̄ gra-
uitatis citius vel tardius per
ignem purgantur.

¶ Utrum homo in ſtatum in-
nocētie poterit peccare venia-
liter. ¶ Articu. III.

Ad tertiuȝ ſic pcedit̄.
Videt̄ q hō in ſtatu
inocētie potuerit pec
care venialr. qꝛ ſuper
illud.i.ad Thimoth.ij. Adaȝ
nō eſt ſeductus. dic̄ glo. Inex
pert° diuine ſeueritatis in eo
falli potuit: vt crederet venia-
le eſſe ꝯmiſſuȝ: ſed hoc nō cre-
didiſſet niſi venialiter peccare
potuiſſet. ḡ venialiter peccare
potuit nō peccādo mortaliter.
¶ Preterea. Augu.ij. ſuper
Geñ.ad lr̄aȝ. Nō eſt arbitran
dum q eſſet hoieȝ deiecturus
tentator: niſi p̄ceſſiſſet in aīa
hois q̄dā elatio ꝯpriméda.ela
tio aūt deiectioneȝ precedens
que facta eſt per pctm̄ morta-
le: nō potuit eſſe niſi peccatum
veniale. Similiter etiaȝ in eo-
dem Augu. dicit q virum ſol
licitauit aliqua experiendi cu-
piditas cuȝ mulierem vidiſſet
ſumptu vetito pomo non eſſe
mortuā: videt̄ etiam fuiſſe in
Eua aliquis infidelitatis mo-
tus in hoc q de verbis domi-
ni dubitauit: vt pꝫ per hoc qđ
dixit. Ne forte moriamur. vt
habet̄ Geñ.iij. hec aūt vident̄
venialia peccata. ergo hō po-
tuit venialiter peccare anteq̄ꝫ
mortaliter peccaret. ¶ Prete
rea. Peccatū mortale magis
opponit̄ integritati primi ſta-
tus q̄ꝫ peccatuȝ veniale: ſed hō potuit peccare
mortaliter nō obſtāte itegritate primi ſtatus. ḡ
ēt potuit peccare venialiter. ¶ Sed contra eſt
q cuilibet pctō debet̄ aliq̄ pena: ſed nihil pena
le eſſe potuit in ſtatu innocētie: vt Aug. dicit.
xiiij. de ciui. dei. ḡ non potuit peccare aliquo
peccato quo nō eijceret̄ ab illo integritatis ſta
tu: ſed pctm̄ veniale nō mutat ſtatū hois. ergo
nō potuit peccare venialiter. ¶ Rñdeo dōm:
q cōmuniter ponit̄ q hō in ſtatu inocentie nō
potuit venialiter peccare. hoc etiā nō eſt ſic in-
telligendū quaſi id qđ nobis eſt veniale ſi ipſe
cōmitteret eſſet ſibi mortale pp altitudineȝ ſui
ſtatus. dignitas.n. pſone eſt q̄dam circunſtan
tia aggrauās peccatū. nō tamē tranſfert in aliā
ſpēm: niſi forte ſuperueniente deformitate in-
obedientie: vel voti: vel alicuius huiuſmodi:
qđ in ꝓpoſito dici pōt: vnde id qđ eſt de ſe ve-
niale nō potuit trāſferri in mortale pp dignita
tem primi ſtatus. ſic ergo intelligendum eſt q
nō potuit peccare venialiter. qꝛ nō potuit eſſe
vt cōmitteret aliqd qđ eſſet de ſe pctm̄ venia-
le anq̄ꝫ integritatē primi ſtatus amitteret pec-
cando mortalr̄. Cuius rō eſt: qꝛ pctm̄ veniale
in nobis ꝯtingit: vel pp iperfectionē act°: ſicut
ſubiti motus in genere peccatoꝝ mortaliū: vl̄
pp iordinationē exiſtentē circa ea que ſunt ad
finē ſeruato debito ordine ad finē: vtrūqȝ aūt
hoꝝ ꝯtingit pp quēdā defectū ordinis ex eo q
iferius nō ꝯtinet̄ firmiter ſub ſuperiori: qđ.n.
in nobis iſurgat ſubitus motus ſenſualitatis:
ꝯtingit ex hoc q ſenſualitas nō eſt oīo ſubdita
rōni. qđ ꝟo iſurgat ſubit° motus in rōne ipā:
ꝓuenit in nobis ex hoc q ipſa executio actus
rōnis nō ſubdit̄ deliberationi que eſt ex altiori
bono: vt.ſ. dcm̄ eſt: q ꝟo humanus animus
inordinet̄ circa ea q̄ ſunt ad finē: ſeruato debi-
to ordine ad finē: ꝓuenit ex hoc q ea q̄ ſunt ad
finē non ordinant̄ infallibilr̄ ſub fine qui tenet
ſummū locū quaſi principiū in appetibilibus:
vt ſupra dcm̄ eſt. In ſtatu aūt inocentie: vt in
primo habitū eſt: erat ifallibilis ordinis firmi
tas: vt ſemper iferius contineret̄ ſub ſuperio-
ri q̄ꝫdiu ſummū hois ꝯtineret̄ ſub deo: vt etiā
Aug. dicit. xiiij. de ciui. dei. ꝛ iō oportebat q
inordinatio in hoie nō eſſet niſi iciperet ab hoc
q ſummum hois nō ſubderet̄ deo: qđ fit per
pctm̄ mortale. Ex quo pꝫ q hō in ſtatu inocē-
tie nō potuit peccare venialr̄ anteq̄ꝫ peccaret
mortalr̄. ¶ Ad primuȝ ergo dōm: q veniale
nō ſumit̄ ibi ꝫ q nunc de veniali loqmur: ſed
dicit̄

diciṫ veniale quod eſt facile remiſſibile. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ illa elatio que preceſſit in animo hominis fuit primum hominis peccatum mortale: dicitur autem preceſſiſſe deiectionem eius in exteriorem actum peccati. huiuſmodi autem elationem ſubſecuta eſt: ⁊ experiendi cupiditas in viro ⁊ dubitatio in muliere que ex hoc ſolo in quandam aliaꝫ elationem prorupit ꝙ precepti mentionem a ſerpente audiuit quaſi nollet ſub precepto contineri. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ peccatum mortale intantum opponitur integritati primi ſtatus ꝙ corrumpit ipſum: quod peccatuꝫ veniale facere nõ poteſt. ⁊ quia non poteſt ſimul eſſe quecunqꝫ inordinatio cum integritate primi ſtatus: conſequens eſt ꝙ primus homo non potuerit peccare venialiter antequaꝫ peccaret mortaliter.

¶ Utrum angelus bonus vel malus poſſint peccare venialiter. ¶ Articu. IIII.

AD q̃rtũ ſic ꝓcediṫ. Videṫ ꝙ ãgelus bonus vel malus poſſit peccare venialiter. Homo.n.cũ angelis ꝯuenit in ſuperiori anime parte que mens vocatur ſm̃ illud Grego. in homelia. Homo intelligit cum angelis: ſed homo ſcd̃m ſuperiorem partem anime poteſt peccare venialiter. ergo ⁊ angelus. ¶ Preterea. Quicunqꝫ poteſt quod eſt plus: poteſt etiam quod eſt minus: ſed angelus potuit diligere bonuꝫ creatum plus q̃ꝫ deum: quod fecit peccãdo mortaliter. ergo etiã potuit bonũ creatũ diligere ĩfra deũ inordinate venialiter peccando. ¶ Preterea. Angeli mali videnṫ aliq̃ facere que ſunt ex genere ſuo venialia peccata ꝓuocando homines ad riſum: ⁊ ad alias huiuſmodi leuitates: ſed circunſtantia perſone nõ facit de veniali mortale: vt dcm̃ eſt: niſi ſpeciali ꝓhibitione ſuperueniente: qḋ nõ eſt in propoſito. ergo angelus poteſt peccare venialiter. ¶ Sed cõtra eſt ꝙ maior eſt perfectio angeli q̃ꝫ perfectio hominis in primo ſtatu: ſed homo in primo ſtatu non potuit peccare venialiter. ergo multo minus angelus. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ intellectus angeli ſicut in primo dictum eſt: non eſt diſcurſiuus: vt ſcilicet procedat a principijs in concluſiones ſeorſum vtrunqꝫ intelligens ſicut in nobis contingit: vnde oportet ꝙ quandocunqꝫ conſiderat concluſiones conſideret eas: prout ſunt in principijs. In appetibilibus autem ſicut multotiens dictum eſt: fines ſunt ſicut principia: ea vero que ſunt ad fineꝫ ſunt ſicut concluſiones: vnde mẽs angeli nõ fertur in ea que ſunt ad finem niſi ſm̃ ꝙ ſtant ſub ordine finis propter hoc ex natura ſua habent ꝙ non poſſit in eis eſſe deordinatio circa ea que ſunt ad finem: niſi ſimul ſit deordinatio circa finem ipſum quod eſt per peccatum mortale: ſed angeli boni non mouentur in ea que ſunt ad finem. niſi in ordine ad finem debitum qui eſt deus: ⁊ propter hoc omnes eorum actus ſunt charitatis. ⁊ ſic in eis non poteſt eſſe peccatum veniale. angeli vero mali in nihil mouentur niſi in ordine ad finem peccati ſuperbie ipſorum: et ideo in omnibus peccant mortaliter quecunqꝫ propria voluñtate agunt. Secus autem eſt ḋ appetitu naturalis boni qui eſt in eis: vt in primo dictum eſt. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ homo conuenit quidem cum angelis in mente: ſiue in intellectu: ſed differt in modo intelligendi: vt dictum eſt. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ angelus nõ potuit minus diligere creaturaꝫ q̃ꝫ deũ. niſi ſimul referens eaꝫ in deũ: ſicut in vltimum finem: vel aliquem finem inordinatum ratione iam dicta. ¶ Ad tertiuꝫ dicendum: ꝙ omnia illa que videntur eſſe venialia demones procurant vt homines ad ſui familiaritatem attrahant: ⁊ ſic deducant eos in peccatũ mortale: vnde in omnibꝰ mortaliter peccant ꝓpter intentionem finis.

lletaꝰ: pꝫ niꝰ ex lr̃a. ſ. ꝙ ipſa ps ſupior vt hñs motꝰ ideliberatos hꝫ rõnẽ ĩferioris reˢ ſui ipſiꝰ vt deliberãs ẽ. vñ p inferiꝰ ⁊ ſupiꝰ h̃ nõ ipſe ptes aie ĩtellĩe ſũt ſꝫ officia: ita ꝙ ĩ ille ſtatꝰ hẽat ꝙ q̃ꝫdiu ſupmũ officiũ deo ſuberat: ĩferiora officia cuiuſcũqꝫ ptis ſine ĩfallibili ordine recte ſupiori officio ſubdebanṫ. vñ Sco. ab offiꝰ ad portioneꝫ anie declinauit: ⁊ qm̃ h̃ doctrie: vt pꝫ ĩ lr̃a ex Aug. 14. de ciuita. dei ẽ recta ſic expõitur: q2 apõ ipm̃ ĩferius et ſupiꝰ offiꝰ diſtinguũtur.

¶ Ad 2ᵐ dr̃ ꝙ Adã in illo ſtatu nõ potuit dicere vbuꝫ ocioſuꝫ pp rõnẽ dictã anteq̃ꝫ peccaſſet mortalr.

¶ Ad 3ᵐ negatur ſequela: et ad ꝓbõneꝫ dr̃: ꝙ lꝫ vtrũqꝫ ſit ei ipoſſe: mortale ãt vltra h̃ ẽ cõruptiuũ illiꝰ ſtatꝰ: veniale ãt nõ: vt in lr̃a dr̃ ĩ rñſiõe ad 3ᵐ.

¶ ¶ Ad 4ᵐ dr̃ ꝙ maior eſt vera vbi eſt vere mediũ eẽntialiter ordinatũ. veniale aũt nõ eſt mediũ ſm̃ vitatẽ ſꝫ extremuꝫ: ſub malo namqꝫ et pctõ et hõ claudiṫ vtrũqꝫ peccatũ mortale. ſ. ⁊ veniale: iuſtitia aũt eſt ſub altero extremo ſcꝫ boꝰ recto ⁊ hõ.

¶ Arti. IIII.

In articulo quarto aduerte duo pꝰ ꝙ autor plus determiat q̃ꝫ ꝯſueuerat. naꝫ rõ allata ĩ lr̃a nõ ſolũ ꝯcludit de ãge

lo bono ⁊ malo: ſꝫ abſo^{te}: qꝛ ſup ꝯditõe ſue nãe fundat̃. 2⁰ ꝙ aliud ẽ loq de peccare mortalr̃: ⁊ aliud de demereri: ſic̃ aliud ẽ loq ð actu charitatis: ⁊ aliud de merito: qꝛ meritũ ⁊ demeritũ viatoris ſunt: qꝛ i expectatõe ꝯſiſtũt: male aũt ⁊ bñ agere: voluntarie agẽtis ſũt: ꝓp qd lꝫ demones in oib⁹ ſuis actibus peccẽt mortalr̃: nõ tñ demerẽtur: qꝛ ex viã iã in termino ſunt.

Articu. V. In articulo 5⁰ nõ titulũ ꝙ loqẽ tñ de primis motib⁹ ſẽſualitatis ⁊ nõ de oib⁹ motib⁹ ĩfideliũ: ⁊ ñ mirens ſi differo diſputatiões ð alijs i locũ propriũ.

Articu. VI. In articulo 6⁰ eiuſdẽ.89.q. du^m 2^x occurrit circa illa vba: mlto magi excuſat eũ a pctõ vẽiali ⁊c̃. p^m qꝛ aut autor itendit ſimpr̃ ð veniali: aut tñ ð vẽiali ex gñe. Si ſimplr̃ fłz ẽ ꝙ ðfect⁹ rõnis excuſans a mõtali excuſet a vẽiali: vt pꝫ in pmis motibus ĩs defect⁹ rõnis delibantis excuſat a mortali ⁊ ñ a vẽiali: ſi de vẽiali ex gñe tñ nõ iſert itentũ ꝙ origiale cũ veniali ſolo nõ iuẽiri poſſit: dicet.n.qſpiaꝫ ꝙ puer i origiali exñs añ plenũ vſuꝫ libi arbitrij icipiẽs aliq̃lr ſentiri libero arbi⁰ vt ꝯtigit i ſõnolẽtis peccare põt appetẽdo aliqd delectabile illicitũ puta ꝯcubitũ puelle: qd ꝓp impfectionẽ act⁹ indelibati erit vẽiale. 2^m du^m ẽ. vñ valet ly multo magis: vr̃.n. aut eq̃le attẽdẽdo ad vſuꝫ rõnis: aut min⁹ attẽdẽdo ⁊ qd min⁹ reqrit̃ ad faciẽdũ aliqd impfectũ q̃ꝫ pfectũ. Pctm̃.n. mortale ꝯſtat eẽ pfectũ: ⁊ veniale impfectũ: ⁊ ꝙ nõ oẽ excuſans a maiore excuſat a miore: vt pꝫ in ĩfidelib⁹ q excuſant̃ ab infidelitatis pctõ ſi nihil audierunt: ⁊ nõ ab alijs a qb⁹ cauerẽt ſi eẽnt xp̃iani.

Utrũ primi mot⁹ ſenſualitatis in fidelibus ſint pctã mortalia.

Articu. V.

Ad quintũ ſic ꝓcedit̃. Videt̃ ꝙ primi mot⁹ ſenſualitatis in ĩfidelibus ſint pctã mortalia. Dic̃.n. apoſtolus ad Ro.viij. ꝙ nihil eſt dãnatiõis his q ſunt in xp̃o ieſu: qui nõ ſꝫ carnẽ ambulãt. ⁊ loquit̃ ibi de ꝯcupiſcẽtia ſenſualitatis: vt ex p̃miſſis apparet. hec ḡ cã eſt q̃re ꝯcupiſcere nõ ſit dãnabile his qui non ſm carnẽ ambulãt: ꝯſentiendo.ſ. ꝯcupiſcentie: qꝛ ſunt in xp̃o ieſu: ſꝫ fideles nõ ſunt in xp̃o ieſu.ḡ in infidelibus eſt dãnabile. primi igit̃ motus infideliũ ſunt pctã mortalia. Preterea. Anſelmus dicit in libro ð gratia ⁊ lib.arbi. Qui nõ ſunt in xp̃o ſentiẽtes carnẽ ſequunt̃ dãnationẽ ẽt ſi nõ ſm carnem ambulãt: ſꝫ dãnatio nõ debet̃ niſi pctõ mortali.ḡ cũ hõ ſentiat carnẽ ſm primũ motũ cõcupiſcẽtie: videt̃ ꝙ prim⁹ motus ꝯcupiſcẽtie in infidelibus ſit peccatũ mortale. Preterea. Anſelmus dicit in eodem libro. Sic eſt factus hõ: vt cõcupiſcentiã ſentire nõ deberet. hoc aũt debitũ videt̃ homini remiſſum per grãm baptiſmalem quã infideles nõ hñt.ḡ qñcunqꝫ infideles ꝯcupiſcit etiã ſi non ꝯſentiat peccat mortalr̃ ꝯtra debitũ faciẽs. Sed cõtra eſt qd dicit̃ Actuũ.ij. Nõ eſt perſonarũ acceptor deus. qd ergo vni nõ imputat ad dãnationem: nec alteri: ſꝫ primos motus fidelibus nõ iputat ad dãnationẽ.ḡ etiã nec infidelibus. Reſpondeo dicẽdũ: ꝙ irratiõabiliter dr̃ ꝙ primi mot⁹ infideliũ ſint pctã mortalia ſi eis nõ ꝯſentiãt: ⁊ hoc pꝫ dupliciter. Primo qdẽ qꝛ ipſa ſenſualitas nõ põt eſſe ſubm pcti mortalis: vt ſupra eſt habitũ: eſt aũt eadẽ nã ſenſualitatis in infidelibus ⁊ fidelibus: vñ nõ põt eſſe ꝙ ſolus motus ſenſualitatis in infidelibus ſit peccatũ mortale. alio mõ ex ſtatu ipſius peccantis. nunqꝫ.n. dignitas pſone diminuit pctm̃: ſꝫ magis auget: vt ex ſupra dictis pꝫ: vñ nec pctm̃ eſt minus in fideli: q̃ꝫ in infideli: ſed multo maius. Nam ⁊ infidelium pctã magis merent̃ veniã ꝓp ignorantiã ſm illud.i. ad Thimoth.j. Miſericordiã dei ꝯſecutus ſum. qꝛ ignorans feci in incredulitate mea. ⁊ pctã fidelium aggrauant̃ ꝓp grẽ ſacramẽta ſm illud Heb.x. Quãto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui ſanguinẽ teſta

Ad hec dubia dr̃ ꝙ quũ i lr̃a explicite dicat̃ multo magis excuſat a vẽiali ſi cõmittat aliqd qd ſit ex gñe ſuo veniale dubiũ nõ eſt ꝙ de veniali ex gñe in illis vbis loqtur: ⁊ ĩtendit ꝙ puero cõmittẽte aliqd mortale ex gñe ⁊ aliqd veniale ex gñe ſi defect⁹ etatis excuſat eũ a mortali: excuſat ẽt a vẽiali ⁊ multo magis: ⁊ ꝙ excuſet ẽt a vẽiali in pmptu eſt rõ: quia vtrũqꝫ libertatẽ exigit ꝯuẽit in hoc qd eſt fieri poſſe delibate et ideliberate. põt enĩ qs deliberate verbuꝫ ocioſuꝫ dicere ⁊ hr̃e p^m motũ ad dõs illud ⁊ deſiſtere. vñ ſi ĩpedita libtas excuſat ab actu mortali: qꝛ ꝯſtituit ipſũ ex mortale genus: excuſat quoqꝫ eadeꝫ rõne ab actu vẽiali: qꝛ ex mortale quoqꝫ gen⁹ ꝯſtituit ipſum. Qd aũt mlto mag' excuſet a veniali rõ eſt: qꝛ i maiori icludit̃ minus. ꝯſtat autẽ ꝙ ceteris paribus ex pte agẽtis pctm̃ veniale ⁊ mõtale ex gñe ſe hñt: ſic̃ maius et minus ꝓp qd ſi ipedimẽtũ libtatis ſat eſt ad faciẽdũ ꝙ act⁹ tam malus.ſ. ex genere mortalis ꝯmiſſus a puero ſibi non iputatur a fortiori ſuffic̃ ad faciẽduꝫ ꝙ act⁹ minus malus ei nõ imputet̃. ſicut ſiqs in bello occidẽdo excuſat̃ ab homicidio depredãdo excuſat̃ a rapina eadẽ rõne. Et quũ ꝯ hãc rñſionẽ obijcit̃: qꝛ nõ habet̃ intentũ vlr̃ de oi pctõ veniali rñdet̃ ꝙ ex hoc hẽtur intentũ vlr̃: qꝛ pctm̃ veniale ex impfectiõe actus p̃ſupponit libertatẽ ſufficientẽ ad pctm̃ mõtale: qꝛ p̃ſupponit ꝙ poſſit a libera rõne impediri. vñ puero q a cõmiſſo actu mortali excuſat̃ ꝓp defectũ libertatis: nõ imputat̃ etiã qcũqꝫ motus in actũ pcti mortalis vel venialis ꝓp defectũ libertatis exacte ad ꝓueniendũ impediendũ ⁊ dominandũ his motib⁹: ⁊ ſile eſſet de ſomnolẽto ſi nulla preceſſiſſet culpabilis occaſio vel ſupfluitatis ſomni vel oc

currentis

currentis cogitationis que in propoſito nō habent locū: quia defectus etatis prohibens libertatem inculpabilis omnino eſt: ſufficienter igr̃ autor docuit de perfectis acti bus moralibus in genere moralis ⁊ venialis tractans vt ex illis imperfectos etiam ſciremus vt declaratū eſt.

¶ Ad obiectiones aūt ↄ ſcdʒ dubiū dr̃: ꝙ lʒ ad peccādū venialr̄ minꝰ libertatis ſufficiat ī exercitio q̃ʒ in mortali: q2 abſq̇ʒ deliberatione peccat̃ vēialiter: nō tm̄ minus ſufficit ī facultate: q2 non peccat̃ venialr̄ abſq̇ʒ libera facultate dñandi ſup ſinglos motus: q̄ facultas abſq̇ʒ plēa libertate nō ē: nec recte iſtat̃ ↄ illā regulaʒ: excuſans a maiore: excuſat a minore: q̄ñ intelligit̃ ceteris paribꝰ. conſtat aūt ꝙ nō ſunt cetera paria in inſtantia: q2 lumē rōnis eſt ī īfidelibꝰ oſtendēs illis bona moralia: q̄ nō ſequunt̃. vn̄ illi q excuſant̃ a pctō infidelitatis qd̄ eſt maiꝰ excuſant̃ q̄q̇ʒ a peccato obmiſſiōis ſacramēta fidei nō recipiendo qd̄ eſt minꝰ: q2 hͣ cetera ſunt paria: neutrū enī eſt alias cognitū ⁊c. ⁊ non a pctō fornicationis: quod eſt ratione nāli prohibitum.

¶ In eodē 6° artiᵒ. q. 89. circa illa v̄ba. pmū ꝙ tūc homini cogitādū occurrit eſt deliberare de ſe ipſo dubia duo occurrunt. pᵐ eſt an hoc intelligat̃ de facto: an de debito .i. an ita ſit ꝙ homini icipiēti hēre vſuʒ liberi arbitrij occurrat de facto hec cogitatio: an occurrere debeat: q2 .ſ. tenet̃ ad hoc cogitādū. ſi .n. itelligit̃ ꝙ de facto ita eſt in pmis: falſuʒ aſſumit̃. nā pᵐ occurrens eſt bonū qd̄ nāliter appetit̃: deinde hoc aut voluntarie dr̃: aut pp̄ rōnē in rñſione ad 3ᵐ allatā: q2 .ſ. finis eſt pͦr in itentiōe: ipſe autē met eſt finis ad quē alia ordinat: ſed hec rñſio non ↄcludit illud. tū q2 falſum eſt ꝙ ipſe met ſit finis cū ſit ꝓpter aliud. tū q2 ex hoc qd̄ ipſe met occurrit vt finis nō ſequitur ꝙ de ipſo ſit deliberatio. Demū q2 nō experimur in nobis ꝙ nobis pͦ hec cogitatio occurrat. ſi aūt itelligit̃ de debito: pbādūʒ eēt hoc. Et ſi rō in lr̃a poſita affert̃. tunc iſurgit 2ᵐ dubiū: q2 aut intēdit ꝙ ipſe met pͦ occurrit vt finis: aut vt ad finē. ſi vt finis non oportet ꝙ deliberet de ſe ipſo: ſʒ ſufficit ꝙ nō amet ſe pluſq̃ʒ deū. Et ſic nullo prece pto affirmᵘᵒ tenebit̃ pͦ tūc ad ordinādū ſe: ſʒ negatiuo .ſ. nō iordinate amādū ſe: cuiꝰ obſuatio ſtat cuʒ pctō veniali ⁊ voluntate ſtudēdi in grāmatica ſic vt ad finē v̄ba corpis articuli conſonāt .ſ. deliberare de ſe ipſo: ſʒ rō allata in lr̃a i rñſione ad 3ᵐ nihil valʒ: ⁊ cū ſola ſit allata ola ſine ratōis fundamēto reſtant.

¶ Ad has dubitationes ſimul rñdendo dr̃ ꝙ v̄ba littere intelliguntur nō ſolum de debito ſed de facto ⁊ de ſe ipō quodāmō vt fine: ⁊ quodāmodo vt ad finē. Ad cuius euidētiā aduertendum eſt ꝙ in occurrēte pmo fine inueniunt̃ duo .ſ. ꝙ appetit̃ et cui appetit̃. pᵐ eſt amatū amore ↄcupiſcētie. 2ᵐ amore amicitie. Et q2 amabile quidē bonuʒ: vnicuiq̇ʒ aūt ꝓpriuʒ: ⁊ amicabilia que ſunt ad alios veniunt ex amicabili ad ſe. Primū cui appetit̃ eſt ipſe met appetēs: ⁊ q2 cōcupitū ordinatur ad amatuʒ amicitia: ⁊ nō econuerſo. ideo primus ſimpliciter finis occurrens appetenti eſt ipſe met qui eſt finis oīum cōcupiſcibilium ad quem omnia cōcupiſcibilia naturaliter ordinant̃: q2 ḡ finis eſt prior in intentione ⁊ ipſe met puer eſt finis primo amatus amicitia: cui primo concupiſcitur de facto: opʒ ꝙ pmuʒ de facto occurrens pueri voluntati ſit ipſe met ad queʒ alia concupiſcibilia ordinet. Completo aūt hoc naturali occurſu quo puer vult natu

menti in quo ſanctificatus eſt pollutū duxerit. ¶ Ad primū ergo dōʒ: ꝙ apoſtolus loquit̃ de dānatione debita pctō originali que auferṫ per gr̃am ieſu xp̄i q̃uis maneat ↄcupiſcētie fomes: vn̄ hoc ꝙ fideles cōcupiſcūt: nō eſt in eis ſignū dānationis originalis peccati: ſicˀ eſt in infidelibus: ⁊ hoc ēt mō intelligendū eſt dcm̄ anſelmi. Unde pʒ ſolutio ad ſecundū. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ illud debitū nō ↄcupiſcēdi erat per originalē iuſtitiā: vn̄ id qd̄ opponit̃ tali debito non pertinet ad peccatum actuale: ſed ad peccatum originale.

¶ Utrum peccatum originale poſſit eſſe in aliquo cum ſolo originali. ¶ Articu. VI.

Ad ſextū ſic ꝓcedit̃. Uidet̃ ꝙ pctm̄ veniale poſſit eſſe in aliquo cū ſolo originali. Diſpoſitio. n. ꝓcedit habitū ſʒ veniale eſt diſpoſitio ad mortale: vt ſupra dcm̄ eſt: ḡ veniale in infideli cui nō remittit̃ originale inuenit̃ ante mortale. ⁊ ſic q̄nq̇ʒ infideles hn̄t pctā venialia cū originali ſine mortalibus. ¶ Preterea. Minꝰ hʒ de ↄnexiōe ⁊ ↄueniētia veniale cū mortali: q̃ʒ mortale pctm̄ cū mortali: ſʒ infidelis ſubiectꝰ originali pctō poteſt ↄmittere vnū pctm̄ mortale ⁊ nō aliud. ergo pōt committere pctm̄ veniale: ⁊ nō mortale. ¶ Preterea. Determinari pōt tempus in quo puer primo poteſt eſſe actor pcti actualis: ad qd̄ tempus cū puenerit pōt ad minus per aliqd̄ breue ſpacium ſtare quin peccet mortaliter: q2 hoc etiā in maximis ſceleratis ↄtingit. In illo aūt ſpacio: q̃trumcunq̇ʒ breui poteſt peccare venialiter. ergo pctm̄ veniale pōt eſſe in aliquo cū originali pctō abſq̇ʒ mortali. ¶ Sʒ ↄtra eſt: q2 pro pctō originali puniunt̃ hoīes in limbo puerorū: vbi nō eſt pena ſenſus: vt infra dicet̃. In iferno aūt detrudunt̃ homines pp̄ ſoluʒ pctm̄ mortale. ḡ nō erit locꝰ in quo poſſit puniri ille qui hʒ pctm̄ veniale cū originali ſolo. ¶ Reſpondeo dōm: ꝙ ipoſſibile eſt ꝙ pctm̄ veniale ſit in aliquo cum originali pctō abſq̇ʒ mortali. Cuiꝰ ratio eſt: q2 anteq̃ʒ ad ānos diſcretionis perueniat: defectus etatis ꝓhibens vſum rōnis excuſat euʒ a pctō mortali: vnde multo magis excuſat eū a peccato veniali ſi ↄmittat aliquid qd̄ ſit ex genere ſuo tale: cū vō vſum rōnis habere inceperit: nō oīno excuſat̃ a culpa venia

lis ⁊ mortalis pctī: ſ; primum qḋ tūc homini cogitādum occurrit eſt deliberare de ſeipo: ⁊ ſi qdē ſeipm ordinauerit ad debitū finē: p grāz ꝯſequet̄ remiſſionem originalis pctī. Si ꝟo nō ordinet ſeipm ad debitū finē ſm ꝙ in illa etate eſt capax diſcretiōis: peccabit mortalr̄ nō faciēs qḋ in ſe eſt: ⁊ ex tunc nō erit in eo pctm̄ veniale ſine mortali. niſi poſtq̄ȝ totum fuerit ſibi per grām remiſſuz.

¶ Ad primū ḡ dōm: ꝙ veniale nō eſt diſpoſitio ex neceſſitate p̄cedēs mortale: ſ; ꝯtigēter: ſicut q̄nq̄ȝ labor diſponit ad febrē: nō aūt ſic calor diſponit ad formā ignis. ¶ Ad ſcd̄ȝ dōȝ: ꝙ nō ipedit̄ pctm̄ veniale eē ſimul cū ſolo originali pp diſtātiam eius: vel ꝯueniētia: ſ; pp defectū vſus rōnis: vt dcm̄ ē. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ ab alijs peccatis mortalibus pōt puer icipiēs hr̄e vſuz rōnis p aliqḋ tp̄s abſtinere: ſ; a pctō omiſſionis p̄dicte nō liberat̄ niſi q̄ȝcito pōt ſe ꝯuertat ad deū. Primū. n. qḋ occurrit hoī diſcretionē hn̄ti eſt ꝙ de ſeipo cogitet ad quē alia ordinet ſicut ad finē. Finis. n. eſt prior in itētione. ⁊ iō hoc eſt tp̄s ꝓ quo obligat̄ ex dei p̄cepto affirmatiuo: quo dn̄s dic̄. Conuertimini ad me ⁊ ego ꝯuertar ad vos Zacharie primo.

¶ De legibus. Q̄ō. XC.

Onſequēter cōſiderādū eſt de principijs exteriorib⁹ actuū. Pricipiuz autem exterius ad malum inclinans eſt diabolus. de cuius tentatione in primo dictū eſt. Principium autem exterius mouēs ad bonū eſt deus. q ⁊ nos inſtruit p legē: ⁊ iuuat per grāz. ¶ Unde primo de lege. ¶ Secūdo de gratia dōȝ eſt. ¶ Circa legē aūt primo op; cōſiderare de ip̄a lege in ꝯmuni. ¶ Scd̄o de ptib⁹ eius. ¶ Circa legē aūt in cōitria occurrūt ꝯſiderāda. ¶ Primo qdē de eēntia ipſius. ¶ Scd̄o de differētia legū. ¶ Tertio de effectibus legis. ¶ Circa primū q̄runt̄ q̄ttuor. ¶ Primo vtruȝ lex ſit aliqd rōnis. ¶ Scd̄o de fine legis. ¶ Tertio de cauſa eius. ¶ Quarto de promulgatione ipſius.

¶ Utrum lex ſit aliquid rōnis. ¶ Articulus. I.

D primū ſic p̄cedit̄. Uidetur ꝙ lex nō ſit aliqd rōnis. Dic̄ eni apoſtolus ad Ro. vij. Uideo aliā legē in mēbris meis ⁊c̄. ſ; nihil qḋ eſt rōnis eſt in mēbris q: rō nō vtit̄ organo corpali. ḡ lex nō eſt aliqd rōnis. ¶ Preterea. In rōne nō eſt niſi potētia habitus ⁊ actus: ſed lex nō eſt ipſa potētia rōnis. Silr̄ ēt nō ē aliqs hitus rōnis: q: hit⁹ rōnis ſūt ꝟtutes itellectuales: de qbus. ſ. dcm̄ eſt: nec etiaȝ actus rōnis eſt: q: ceſſante rōnis actu lex ceſſaret: puta i dormientibus. ḡ lex nō eſt aliquid rōnis. ¶ Preterea. Lex mouet eos q ſubijciunt̄ legi ad recte agendū: ſ; mouere ad agen

raliter ſibi bonū ac beatitudinē ꝯn̄s eſt vt ſtatiȝ de precipue amato qḋ iā occurrit. i. de ſe ip̄o ſollicit⁹ ſit qd ei appetēdū ſit. Ex h̄. n. pēdet qd opādū qd ſollicitādū qd patiēdū: ⁊ qcqd aliud ſubeſt ei⁹ ptāti: ⁊ qm̄ ip̄e ſm ſe ipm ē magis amat⁹ q̄ȝ ip̄e met ſm ptes ſeu ptiales rōnes ſuas: ꝯn̄s ē ꝙ p̄ᵐ ſollicitās puerū ē deliberare qd ſibi ſm ſe ipſuȝ totū nō ſ; hūc vl̄ illū reſpctū appetēdū ē: h̄ aūt ē delibare de ſeipſo ⁊ ordinare ſe ad finē: q: id qḋ ſibi ipſi p̄cipue amato ſm ſe totū ē appetēdū eſt finis ad quē ipſe ordinatur. vñ ſi ſibi appetēduȝ cenſuerit boᵐ honeſtū in ꝯfuſo vt etas illa cōſueuit hr̄i delibauit de ſe ip̄o finē ſuū i vera btitudine collocās: q̄ȝuis ipfecte ⁊ icohoatiue: nō plus eni exigit̄ a puero. ſi nō obmiſſionis re⁹ erit: vt in lr̄a dr̄ in rn̄ſiōe ad 3ᵐ. Ex his aūtē dr̄ ad ob̄a ꝯ p̄ᵐ ꝙ de facto occurrere ſe ipm vt finē amatū amicitia dū p̄ ꝯcupiſcit̄ bonū rōne cōtinuat̄: q: oē ꝯcupitū alicui ꝯcupiſcit̄: ⁊ quū ꝯſtet ꝙ n̄ alteri. ḡ ſibi. ſimilr ꝙ de ſcō occur͛ ip̄e met vt delibabilis q̄ȝtū ē ex reruȝ ordine ꝓbatū eſt: q: ē p̄cipue amatus. Et q: ordo rerū nulla tūc culpa puerſus ē: ideo nāe ordinē facti ſeries q̄ȝtuȝ ad occurſuȝ ſeqt̄: verūtn̄ ē ꝙ occurſuȝ illū n̄ neſcio volūtas amplectit̄: ſ; pōt nō cogitare ⁊ omittere vt in lr̄a dr̄. vñ nihil obſtat ꝙ bonū aut btitudo p̄ occurrat: q: vt ꝯcupiſcibile vtrūq; occurrit: nec ꝙ ipſe p̄ᵒ occurrit vt finis: imo ex h̄ hr̄ rō ꝙ nō volūtarie dr̄ q: finis ē p̄cipue amatus: ⁊ de ipſo p̄ ſollicitudo ſeqt̄: ⁊ ſic eē finē amatū amicitia ſeqt̄ ip̄ȝ eē p̄ᵐ delibabile: eſt. n. ſic finis ꝙ pōt eſſe ad aliū finē: ⁊ ppea nō ē falſuȝ ip̄ȝ eē finē: nec iptinēs intētꝯni. Et p h̄ p; ſolo reliquarū obiectionū.

¶ In eodeȝ 6ᵒ artiᵒ. q. 89. duᵐ adhuc ſupeſt i tertij argu^n rn̄ſiōe: q: quū deliberatio de ſe ip̄o fiat in tp̄e: q: delibare in tp̄e fit ifra tp̄s delibatōeȝ mēſurās pōt puer peccare venialiter puta curioſe videndo trāſeūtē equū inter deliberādū ḋ fine: ⁊ ſic quū nō teneat̄ ad eligendū finē debitū ante termiatā deliberatōeȝ ſeqt̄ ꝙ poterit peccare vēialr̄ an̄ pctm̄ mortale: ⁊ tn̄ q̄ȝ cito pōt dat opam delibeᵃtiōi de ſe ipſo.

¶ Ad hoc dr̄ ꝙ non q̄ȝcit⁹ pōt delibat q inter deliberādū ad aliud diuertit: quiuȝ. n. virtus vnita ſit maiō ſe ipſa diſpſa ⁊ a maiori ꝟtute citi⁹ fiat aliqd q̄ȝ a minore ceteris paribus. ꝯn̄s ē vt citius delibet non diuertens q̄ȝ diuertēs: ac p h̄ q ad aliḋ aſpic̄ vanc n̄ q̄ȝ cito pōt delibat libere vim ſuaȝ minuens: ⁊ ſic re⁹ ē obmiſſionis precepti diuertēdo: nō q̄ȝ cito pōt deliberādo: ⁊ q̄ȝuis nō teneat̄ an̄ terminuȝ delibatiōis eligere: tenet̄ tn̄ an̄ terminū nullū impedimentū apponere charitati: ⁊ ppterea apponēdo peccat mortalr̄ an̄ terminuȝ

ſicut

ſicut deliberatiōi operam nō dans ante inſtās qđ terminaſſet deliberatiōē peccat obmiſſione.

¶ Circa eūdē artm. 6. q. 89. 2a. q. ex dictis inſurgit. pa eſt an iſans baptiçat⁹ teneat̃ i pn⁹ ſue diſcretōis ad cōuerſionē i deū ſic̃ de nō baptiçato dcm̄ ē. 2a ē ꝙ ſi tenet̃ an qlibꝫ baptiçatus ſit de hac pcepti obſeruatōe dubius: ꝛ teneatur cōiter cōfiteri tāq̄ꝫ de dubio. ¶ Ad pas qōnes dōm ē ꝙ quiꝫ preceptū iſtud fundet̃ ſup pceſſu nāe ꝛ gr̄a pficiat nāꝫ per modū nāe abſqꝫ dubio tenetur puer baptiçat⁹ ad delibādū de ſe ipo in pnci⁹ ſue diſcretiōis vna rōne .ſ. pp iplētionē pcepti: ſi baptiçat⁹ vo duab⁹ rōnib⁹. ſ. pp pceptū ꝛ pp delēdū pctm̄ originale. ¶ Ad 2as vo libēter audirē qđ dicēdum q̄ꝫ dicerē: vr̃ tñ mihi ꝙ quia nūq̄ꝫ eſt amor dei ocioſus charitas infuſa baptiçato infanti exit in actū in pa actu nāli: ſic̃ de āgelis creatis i gr̄a dcm̄ fuit: ꝛ ꝙ ſtatiꝫ occurrēte ſe ipo vt delibabili infuſa fides delibādi ſollicitudiē ſoueat ad bonuꝫ honeſtū pñtandū coopādo: inclinando ad hꝫ intellectum: ꝛ cōiter charitas inclinet appetitū ad honeſtū pſequendū: ꝛ ſic conſtituet ſibi verū vltim finē q̄ꝫuis cōfuſe. Et lꝫ hꝫ videat̃ verum vt in plurib⁹: nō opꝫ tñ in oīb⁹ ſic eſſe nō ſolū pp libtatē ſꝫ pp cōplonē ꝛ malā aſſuetudinē añ act⁹ diſcretiōis. vñ fit ꝙ ps ſenſitiua magis mouebit: ad aſſueta delectabilia mala q̄ꝫ fides ꝛ charitas ad honeſtū: pp qđ nō parui refert vt aſſueſcat puer ad audiēdum ſpūalia ꝛ honeſta. Determinat̃ .n. habitus fidei infuſus ex ppoſitis ex auditu ꝛ charitas illā ſequit̃. De cōfeſſionis aūt neceſſitate pꝫ quid dōm. dꝫ .n. cōteri ꝛ cōfiteri quis ſicut de alijs incertis niſi ꝙ aliquid minus ad confeſſionē huius ſufficere videtur. ſ. in cōi cōfiteri de occultis intendēdo de omnibus: quia icertitudo iſta cōis eſt toti generi humano: pp quod nemo ſcit vtrū odio vel amore dignus ſit.

dum proprie pertinet ad voluntatem: vt pꝫ ex premiſſis. ergo lex non pertinet ad rationem: ſed magis ad voluntatem ſm ꝙ etiā iuriſperitus dicit. Quod placuit principi legis habet vigorem. ¶ Sed contra eſt qđ ad legē ptinet pcipere ꝛ phibere: ſed iperare eſt rōnis: vt ſupra habitum eſt. ergo lex eſt aliqd rationis. ¶ Reſpondeo dicendū: ꝙ lex quedam regula eſt ꝛ menſura actuū ſm quā inducitur aliquis ad agendū: vel ab agēdo retrahitur. Dicitur enim lex a ligando: quia obligat ad agendum. regula autē ꝛ menſura humanorum actuū eſt ratio que eſt principiū primū actuū humanorum: vt ex predictis pꝫ. Rationis enim eſt ordinare ad finem qui eſt primum principiū in agendis ſm phm. In vnoquoqꝫ autē genere id qđ eſt principium eſt menſura ꝛ regula illius generis: ſicut vnitas in genere numeri: ꝛ motus primus in genere motuū. vñ relinquitur ꝙ lex ſit aliqd pertinens ad rationē. ¶ Ad primū ergo dicendū: ꝙ cum lex ſit regula quedam ꝛ menſura. dicitur dupliciter eſſe in aliquo. Uno modo ſicut in mēſurāte ꝛ regulante: ꝛ quia hoc eſt proprium rationis. ideo per hunc modū lex eſt in ratione ſola. alio modo ſicut in regulato ꝛ menſurato: ꝛ ſic lex eſt in omnibus q̄ inclinātur in aliquid ex aliqua lege: ita ꝙ quelibet inclinatio proueniens ex aliqua lege pōt dici lex nō eſſentialiter: ſed q̄ſi participatiue: ꝛ hoc modo inclinatio ipſa membrorum ad concupiſcendū lex membrorum vocat̃. ¶ Ad ſcđm dicendū: ꝙ ſicut in actibus exteriorībus eſt conſiderare operationē ꝛ operatum: puta edificationē ꝛ edificatum. ita in opibus rationis eſt cōſiderare ipm actū rationis qui eſt intelligere ꝛ ratiocinari. ꝛ aliquid per huiuſmōi actum cōſtitutum. quod quidē in ſpeculatiua ratione primo quidem eſt diffinitio. Secundo enunciatio. Tertio vero ſyllogiſmus vel argumētatio. ꝛ quia ratio etiā practica vtit̃ quodam ſyllogiſmo in operabilibus: vt ſupra habitum eſt ſm ꝙ phus docet in. vij. ethico. idō eſt inuenire aliquid in ratione practica quod ita ſe habeat ad operationes ſicut ſe hꝫ ppoſitio in ratiōe ſpeculatiua ad cōcluſiones. ꝛ huiuſmodi propoſitiones vniuerſales rationis practice ordinate ad actiones habent rationē legis: que quidem ppoſitiōes aliquādo actualiter conſiderantur: aliquando vero habitualiter a ratione tenentur. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ ratio habet vim mouendi a volūtate: vt ſupra dictum eſt. Ex hoc enim ꝙ aliquis vult finem ratio imperat de his que ſunt ad finem: ſed voluntas de his que imperantur ad hoc ꝙ legis rationē habeat: oportet ꝙ ſit aliqua ratione regulata. ꝛ hoc modo intelligitur ꝙ volūtas principis habet vigorem legis. alioquin

¶ Qō. XC.

¶ Articulus. I.

In rñſione ad 2m pmi articuli q. 90. nota pportiōes inter ſyllm ſpeculatiuū ꝛ practicū: ꝙ ille tot⁹ i itellectu ē: iſte aūt in itellectu pnci⁹ q̄ ſunt leges: cōem aūt in opatiōe hꝫ: qđ de practico in actu practici exercito itelligitur: vt ex ſis predictis pꝫ. In actu ſiqdē cognitiōis hꝫ ſuā ſingularē cōnē: ſicut ē ſpeculatiu⁹ itellectus: pp qđ electio: que eſt volūtatis actus cōcluſio dr̃ cōſilij. ¶ In rñſiōe ad 3m eiuſdē articuli nota ꝙ intellectus opus ad hꝫ ꝙ lex ſit ſola motōe volūtatis eget: voluntatis autē opus ad hoc ꝙ lex ſit eget ꝛ motione ꝛ regulatione itellectus: motione quidem quia voluntas non mouetur niſi a cognito. Regulatione aūt quia voluntas irregulata eſt ini

quitas: ⁊ eſt ſer
mo de volũta-
te creata: diui-
na eniʒ eſt lex
legum.

℄ Articu. II.

In ar-
ti-
cu-
lo
ſecũdo eiuſdẽ
queſt. in reſpõ
ſione ad p̃muʒ
nota ĩ quo dif-
ferũt precepta:
⁊ in lege contẽ
ta ⁊ a principi-
bus ſeu prela-
tis facta: lex or
dinem ad com
mune bonum
continet. Pre-
ceptum auteʒ
ordinem illuʒ
applicat ad ſin
gulares fines
ſubordinatos
bono cõmuni:
propter qd̓ pre
cepta que bo-
no cõmuni nõ
ſubordinantur
p̄cepti vim nõ
habent.

℄ Articu. III.

In ar-
ti-
cu-
lo
tertio eiuſdem
queſtionis du-
bium occurrit
circa illa ver-
ba: ordinare a-
liquid in bonũ
commune eſt
totius multitu
dinis vel ali-
cuius viceʒ ge
rẽtis tot⁹ mul
titudis: hoc.n.
eſſe falſum cõ-
ſtat nõ ſoluʒ in
deo qui ordiat
ĩn bonũ cõmu
ne tot⁹ vniuer
ſi: ⁊ nõ eſt vica
ri⁹ vniuerſi: ſʒ
ĩ papa qui nec

voluntas principis magis eſſet
iniquitas q̃ʒ lex.

℄ Utrũ lex ordinet̃ ſemꝑ ad bo
num. ℄ Articulus. II.

AD ſcd̓m ſic ꝓcedit̃.
Videt̃ q̄ lex nõ ordi
net̃ ſemꝑ ad bonum
cõe ſic̃ ad fineʒ: ad le
gẽ.n. ꝑtinet recipere ⁊ ꝓhibe-
re: ſʒ p̄cepta ordinant̃ ad q̃daʒ
ſingularia bona. nõ ḡ ſemꝑ fi-
nis legis eſt bonũ cõe. ℄ Pre
terea. Lex dirigit homineʒ ad
agendũ: ſʒ actus hũani ſunt in
ꝑticularib⁹. ḡ ⁊ lex ad aliqd̓ ꝑti
culare bonũ ordinat̃. ℄ Pre-
terea. Iſidorus dic̃ in lib. ethi-
mologiaꝝ. Si rõne lex conſtat
lex erit oẽ qd̓ rõne cõſtiterit: ſʒ
rõne ↄſiſtit nõ ſolũ qd̓ ordinat̃
ad bonũ cõe: ſed ẽt qd̓ ordinat̃
ad priuatũ bonũ vni⁹. ḡ. ℄ Sʒ
ↄtra eſt qd̓ Iſidorus dic̃ i. iiij.
ethimologiarũ q̄ lex eſt nullo
priuato cõmodo: ſʒ ꝓ cõmuni
vtilitate ciuiũ ↄſcripta. ℄ Re-
aliū nec diligat: nec odiat: ſʒ ſi euʒ offendat: ꝙ ei dimittat offenſaʒ: h̄ nō pt ꝯtingere abſqʒ ſpāli beniuolētia. Beniuolentia autē dei ad hoiem reparari dr̃ ꝑ donū gr̃e. ⁊ iōlʒ hō añq̄ꝫ peccet potuerit eē ſine gr̃a: ⁊ ſine culpa: tn̄ poſt pctm̄ nō pōt eē ſine culpa: niſi gr̃aʒ habeat. ⸿ Ad ſcōm dōʒ: ꝙ ſicut dilectio dei nō ſolū cōſiſtit in actu volūtatis diuie: ſed ēt iportat quēdā gr̃e effectū: vt ſupra dictū ē. ita ēt ⁊ hoc qd̄ ē deuʒ nō iputare pctm̄ hōi iportat quēdā effectū in ipſo cui pctm̄ nō iputat̃: ꝙ.n. alicui nō iputetur pctm̄ a deo ex diua dilectiōe ꝓcedit. ⸿ Ad tertiū dōm: ꝙ ſic aug. dicit in li. de nuptijs ⁊ cōcupiſcētia. Si a pctō deſiſtere hoc eēt nō hr̃e pctm̄: ſubiceret vt h̄ moneret ſcriptura. Fili peccaſti: nō adijcias iterū: hoc aūt nō ſufficit: ſʒ addit̃. Et de priſtinis dep̄care: vt tibi remittantur: tranſit.n. pctm̄ actu: ⁊ remanet reatu: vt ſupra dictuʒ eſt. ⁊ iō cuʒ aliqs a pctō vnius vitij trāſit i pctm̄ ꝯrij vitij: deſinit qdē hr̃e actū p̄teriti: ſʒ nō deſinit habere reatū: vn̄ ſimul

ex h̄ pʒ: ꝙ qꝛ nō pt itelligi remiſſio culpe niſi adueniēte ꝯuerſiōe ad deū charitatis obm: q̄ eſt effcūs formalis charitatis: iō nō ē intelligibile ꝙ fiat remiſſio culpe abſqʒ infuſiōe gr̃e. Ad obā dr̄ i oppoſitū dr̃: ꝙ Scot⁹ errauit i radice errore magno ponēs hoieʒ poſt pctm̄ eē formalr̃ pctōrē ꝑ relationeʒ rōnis ꝯntē act⁹ volūtatis diuine. Cōſtat nāqʒ ꝙ eē in peccato mortali ē eē in malo culpe. ꝗ nō ē eē in ſola oblōne ad penā ꝑ actū diuie volūtatis: nā h̄ eſt eē i malo pene: vn̄ nō ē mirū ꝙ errauit in ꝯñtib⁹. Ad illā dt ꝓpōnē q̄lēcū qʒ pōt de⁹ facere volūtatē: rn̄ det̃ concedēdo ad bonū ſenſuʒ ſicut pt virginē reparare: ſʒ negat̃ iſta ſeq̄la ꝯ quā n̄ cogitauit ſcot⁹. ſ. hō lapſus ē repat⁹ ad rectitudinē nālē ſine gr̃a gratū faciēte. ꝗ n̄ ē i pctō mortali. ſtat nāqʒ ꝙ p̊ᵃ ꝑuatio rectitudinis nālis ſit expulſa: ⁊ ſcōa. ſ. rectitudinis charitatis remāſerit: ac ꝑ h̄ remāſerit obex charitati: ꝗ nō erat in hoīe añq̄ꝫ laberet̃. Jam.n. dcm̄ eſt: ꝙ pctm̄ mortale includit talē ꝑuationē: imo hec ꝑncipalr̃ ꝯſtituit pctm̄ mortale. Patēt hec oīa ſi ponamus ꝙ hō in naturalibus creatus nō peccauerit deuiando a nāliū p̄ceptoꝝ rectitudine: ſed deuiādo a p̄ceptis fidei: tunc apparet ⁊ ꝙ cū rectitudine nāliū ſtat pctm̄ mortale: ⁊ pctm̄ mortale ex oppoſitiōe ad charitatis rectitudinē ꝑncipalr̃ ſumit̃. vn̄ pʒ rn̄ſio ad oīa: qꝛ falſum eſt: ꝙ pctō mortali opponat̃ tā rectitudo nālis q̄ꝫ gr̃a proprie loquendo: q.n̄. rectitudo nālis non niſi alicui mortali. ſ. contra precepta naturalia directe opponit̃ ⁊ etiā imꝑfecte: qꝛ plus priuat mortale q̄ꝫ rectitudine nāli: hʒ.n. ſe rectitudo nālis ad gratiam ⁊ culpā: nō vt tertiū oppoſitū: aut mediū ꝑ participationeʒ: inter que eſt mutatio: ſed vt mediū per abnegationē: quia neutrū includit: ⁊ cū vtroqʒ ſtat: vt patet in angelis ſi nō peccauerunt niſi per reſpectum ad ea que ſunt gratie. ⁊ h̄ dico formaliter non curādo de effectu: quo ex peccato punitur peccator in naturalibus: nec fallaris in hac re tranſcēdendo de rectitudine naturali ad innocētiam: quaſi ꝓ eodē vtendo eiſdem. nam magnus eſſet error: qꝛ lapſus nulla potentia poteſt reſtitui ad innocētiā: qꝛ non fieri poteſt ꝙ nō peccauerit: repugnat enim innocētie peccaſſe: quāuis reſtitui poſſet ad rectitudinē naturalem: vnde ſi reſtitueretur ad talem rectitudinem abſqʒ gratia: adhuc eſſet: vt dcm̄ eſt: in pctō mortali ꝑꝑ illam auerſionē derelictam: que ſola gratia aufertur: que non eſt cōpoſſibilis innocentie: nec eſt in homine in puris naturalibus.

⸿ In reſponſione ad ſecūdū in eodē ſecundo articulo aduerte hoc argumētū eē radiceʒ fantaſie ſcotice in. 14. diſ. 4. aſſerētis Augu. ſup hoc pſalmo videre ingt deū pctā ē ad penā imputare. Auertere aūt faciē a peccatis ē ad penā ea nō reſeruare. Et nota q̄ꝫ profunde auctor hoc eradicet cuʒ exēplis ⁊ ſilibus inductis a Scoto ibidem: dum

dicit ꝙ dilectio dei qua nos diligit non conſiſtit in ſolo actu dilectionis ſed in effectu: ⁊ qm̄ non imputatio ex dilectione ꝓuenit effectum opʒ in nobis ponere huiuſmoi non imputationis: ⁊ ꝑ hoc excludit duo. primo ꝙ lʒ voluntas diuina diplr poſſit comparari ad creaturam.ſ. vt obʒ ⁊ vt effectus: ē .n. ab ea ⁊ volita ⁊ facta: ⁊ eſſe volituʒ ꝓcedat eſſe factum: qꝛ illud eſt eternū hoc temporale; nihil tn̄ eſt volitū ⁊ nō factum ab eo qui qcunqʒ voluit fecit: et cuʒ ois volitio dilectio queda ſit: nihil eſt dilectū niſi cuʒ effectu: ac ꝑ hoc ſortes qui peccauit ſi ē a deo dilectus et nō imputet ei peccatum: effectuʒ opʒ aliquem in eo ponere hui⁹ voluntatis diuine: ⁊ ſm̄ hūc effectum dicitur de⁹ auertere faciem a peccatis ⁊ non reſeruat ea ad penaʒ. ſecundo ꝙ non ē ſimile de dilectione ⁊ nō ipuputatione hois ⁊ dei: quia hūna cōſiſtit in ſolo actu diligentis ⁊ non imputantis diuina nō.

¶ Art. III.

In articulo tertio eiuſdem qō

hʒ reatū vtriuſqʒ peti: non .n. pctā ſunt ſibi cōtraria ex parte auerſionis a deo ex qua parte peccatum reatum habet.

¶ Utrū ad iuſtificationem impij requiratur motus liberi arbitrij. Articulus. III.

AD tertiū ſic ꝓcedit. Uidet ꝙ ad iuſtificationē ipij nō reqrat mot⁹ liberi arbitrij. Uident⁹.n. ꝙ ꝑ ſacrm̄ baptiſmi iuſtificant pueri abſqʒ motu liberi arbitrij: ⁊ ēt interdū adulti. Dicit.n.aug.in.iiij. ꝯfeſ. ꝙ cū qdā ſuus amicus laboraret febrib⁹: iacuit diu ſine ſenſu in ſudore letali: ⁊ dū deſperaret baptizat⁹ ē neſciēs: ⁊ renat⁹ ē: qđ fit ꝑ grāʒ iuſtificātem: ſʒ de⁹ potētiā ſuaʒ nō alligauit ſacris. ḡ ēt pōt iuſtificare hoiem ſine ſacris abſqʒ oi motu liberi arbitrij. ¶ Preterea. In dormiēdo hō nō hʒ vſum rōnis ſine quo nō pōt eē mot⁹ liberi arbitrij: ſʒ Salamon in dormiēdo ꝯſecut⁹ ē a deo donum ſapiētie: vt habet.iij. Regū.iij. ⁊.ij. Paral.i. ḡ ēt pari rōne donū grē iuſtificātis qnqʒ datur hoi a deo abſqʒ motu liberi arbitrij. ¶ Preterea. Per eandeʒ cām grā ꝓducit in eē: ⁊ ꝯſeruat. Dicit.n.aug. .viij. ſup Gen̄.ad litterā: ꝙ ita ſe dʒ hō ad deum ꝯuertere: vt ab illo ſemꝑ fiat iuſtus: ſʒ abſqʒ motu liberi arbitrij gratia i hoie cōſeruat. ergo abſqʒ motu liberi arbitrij pōt a pricipio infundi. ¶ Sed ꝯ eſt qđ dicit Joā.vi. Ois q audit a patre: ⁊ didicit venit ad me. ſʒ diſcere non eſt ſine motu liberi arbitrij: adiſcens.n. cōſentit docenti. ergo nullus venit ad deū ꝑ grām iuſtificantē abſqʒ motu liberi arbitrij. Rñdeo dōm: ꝙ iuſtificatio ipij fit deo mouēte hoieʒ ad iuſtitiā: ipſe.n.ē q iuſtificat ipiuʒ: vt dr̄ Ro.iij. Deus aūt mouet oia ſm̄ modum vniuſcuiuſqʒ ſicut in nālib⁹ videmus: ꝙ alr̄ mouent ab ipſo grauia: ⁊ aliter leuia pp̄ diuerſitaʒ nām vtriuſqʒ. vñ ⁊ hoiem ad iuſtitiā mouet ſm̄ ꝯditionem nāe humane: hō aūt ſm̄ ꝓpriā nāʒ hʒ ꝙ ſit liberi arbitrij. ⁊ idō i eo q hʒ vſum liberi arbitrij nō fit motio a deo ad iuſtitiaʒ abſqʒ motu liberi arbitrij: ſed ita infundit donū grē iuſtificātis: ꝙ ēt ſimul cū hoc mouet liberꝫ arbitriuʒ ad donū grē acceptāduʒ in his q ſunt huius motionis capaces. ¶ Ad primū ḡ dicendū: ꝙ pueri nō ſūt capaces motus liberi arbitrij. ⁊ idō mouent a deo ad iuſtitiā ꝑ ſolā informationē aie ipſoꝝ. hoc aūt nō fit ſine ſacro. qꝛ ſicut pctm̄ originale a quo iuſtificatur nō ꝓpria voluntate ad eos peruenit: ſed per carnalem originē: ita etiam ꝑ ſpiritualem regenerationeʒ a xp̄o in eos gratia deriuat. Et eadeʒ rō eſt de furioſis ⁊ amētibus: q nunq̄ vſuʒ liberi arbitrij habuerunt: ſed ſi quis aliqn̄ habuit vſum liberi arbitrij: ⁊ poſtmodū eo careat: vel ꝑ infirmitatē: vel ꝑ ſomnū nō ꝯſequtur grām iuſtificanteʒ ꝑ baptiſmū exteri⁹ adhibitū: aut ꝑ aliqđ aliud ſacrm̄: niſi prius habuerit ſacrm̄ in ꝓpoſito qđ ſine vſu liberi arbitrij nō contingit: ⁊ hoc mō ille de quo loquit aug. renatus fuit: qꝛ ⁊ prius ⁊ poſtea baptiſmū acceptauit. ¶ Ad ſecundū dicendū: ꝙ ēt Salomon dormiendo nō meruit ſapientiā: nec accepit. ſed in ſomno declaratuʒ eſt ei ꝙ propter precedens deſiderium ei a deo ſapientia infunderetur. vnde ex eius ꝑſona dicitur Sapientie. vij. Optaui: ⁊ datus eſt mihi ſenſus. Uel poteſt dici ꝙ ille ſom

nis iijᵉ. adiecte ꝙ actus liberi arbitrij eius qui iuſtificatur concurrens ad iuſtificationeʒ impij nō ſic cōcurrit ꝙ iuſtificatio ſine eo fieri nequeat: vt patet in pueris ⁊ amētibus ex reſponſione ad primum: qbus ſufficit meritū Jeſu chriſti: ⁊ quando cōcurrit nō vno modo cōcurrit: nā quandoqʒ concurrit ſimultaneus: ⁊ hoc eſt regulare: ⁊ eſt motus acceptātis gratiam: vt in littera dicit: quod non intelligas ſic: quaſi gratia ſit obiectum illius actus: qui ſit acceptatio: ſed in actu exercito: qa .ſ. eſt motus liberi arbitrij exercētis acceptationem gratie: exercetur enim hic per hoc ꝙ voluntas mouetur in deum principiuʒ gratie in remiſſionem peccatorū amando ipſum cum deteſtatione offenſe ſue quandoqʒ concurrit preueniens vt i dormientib⁹: vel non ſubſiſtentibus: vt in reſponſione ad primum dicitur. Et ſcito ꝙ ſi diligenter inſpiciam⁹ vim rationis aſſignate in littera.ſ. ꝙ deus mouet omnia ſuauiter: ac per hoc capaces liberi arbitrij per liberum arbitrium videbimus

nus nõ fuit nãlis: ſed ſomnus ꝓphetie ſm ꝙ dicit Numeri .xij. Si quis fuerit inter vos ꝓpheta dñi: per ſomnum: aut in viſione loquar ad eum. In quo caſu aliqs vſuz liberi arbitrij hz. Et tñ ſciẽdũ ẽ ꝙ nõ eſt eadẽ rõ de dono ſapiẽtie: ⁊ de dono grẽ iuſtificantis. naz donũ grẽ iuſtificãtis ꝑcipue ordinat hominez ad bonũ: qḋ eſt obz volũtatis: ⁊ iõ ad ipz mouet hõ ꝑ motũ volũtatis: qꝛ ẽ mot⁹ liberi arbitrij: ſz ſapiẽtia pficit intellꝫm q ꝑcedit volũtatẽ: vñ abſqz ↄpleto motu liberi arbitrij põt itellect⁹ dono ſapiẽtie illuminari: ſicut ẽt videmus ꝙ in dormiẽdo aliq̃ hoibus reuelãt. ſic dr̃ Iob. xxxiij. Qñ irruit ſopor ſup hoies: ⁊ dormiũt in lectulo: tũc aperit aures viroꝝ: ⁊ erudiẽs eos inſtruit diſciplinã. ¶ Ad tertiuz dõz: ꝙ in ifuſiõe grẽ iuſtificãtis ẽ q̃dã trãſmutatio aie hũane. ⁊ iõ reqrit mot⁹ ꝓpri⁹ aie hũane. vt aia moueat ſm modũ ſuũ: ſz ↄſeruatio grẽ ẽ abſqz trãſmutatiõe: vñ nõ reqrit aliqs mot⁹ ex parte aie: ſz ſola cõtinuatio influxus diuini.

¶ Utrũ ad iuſtificationẽ ipij reqrat mot⁹ fidei. Art. IIII.

Ad q̃rtuz ſic ꝓcedit. Ur ꝙ ad iuſtificationẽ ipij nõ reqrat mot⁹ fidei. Sic. n. ꝑ fidem iuſtificat hõ. ita ẽt ⁊ ꝑ q̃dã alia. ſ. ꝑ timorez: de quo dr̃ Eccl. Timor dñi expellit peccatũ: nã q ſine timore ẽ. nõ poterit iuſtificari: ⁊ itez ꝑ charitatẽ ſz illḋ Luc. vij. Dimiſſa ſunt ei pctã multa qm̃ dilexit multũ. ⁊ itez ꝑ hũilitatẽ ſz illud Iac. iiij. Deus ſupbis reſiſtit: hũilib⁹ ãt dat grãm: ⁊ itez per miãm ſm illud ꝓuer. xv. Per miãm ⁊ fidẽ purgantur pctã. Non ḡ magis mot⁹ fidei reqrit ad iuſtificationẽ ipij q̃z mot⁹ ꝑdictaꝝ ꝟtutũ. ¶ Preterea. Act⁹ fidei non reqrit ad iuſtificationẽ: niſi inq̃ztuz ꝑ fidẽ hõ cognoſcit deũ: ſz ẽt alijs modis põt hõ deũ cognoſcere. ſ. ꝑ cognitionẽ nãlez. ⁊ ꝑ donũ ſapiẽtie. ḡ nõ reqrit actus fidei ad iuſtificationem impij. ¶ Preterea. Diuerſi ſũt articuli fidei. ſi igit act⁹ fidei reqrat ad iuſtificationẽ ipij: vr̃ ꝙ oporteret hoiez: qñ prio iuſtificat: de oib⁹ articulis fidei cogitare: ſz hoc vr̃ icõueniẽs: cũ talis cogitatio lõgã tpis morã reqrat. ḡ vr̃ ꝙ act⁹ fidei nõ reqratur ad iuſtificationez impij. ¶ Sed ↄ eſt qḋ dr̃ Ro. v. Iuſtificati igit ex fide pacẽ habeamus ad deũ. ¶ Rñdeo dõz: ꝙ ſicẽ dcẽz ẽ: mot⁹ liberi arbitrij reqrit ad iuſtificationẽ ipij ſz ꝙ mẽs hois mouet a deo: de⁹ aũt mouet aiam hois ↄuertendo eã ad ſeipm. vt dr̃ in ps. ſz aliã lr̃am. Deus tu ↄuertẽs viuificabis nos. ⁊ iõ ad iuſtificationẽ ipij reqrit mot⁹ mentis quo ↄuertit in deũ. Prima ãt ↄuerſio in deũ fit ꝑ fidẽ ſz illḋ ad Heb. xi. Accedẽtẽ ad deuz oz credere qꝛ ẽ. ⁊ iõ mot⁹ fidei reqrit ad iuſtificationẽ impij. ¶ Ad primũ ḡ dõz: ꝙ motus fidei nõ ẽ pfect⁹ niſi ſit charitate iformat⁹: vñ ſimul in iuſtificatiõe ipij cũ motu fidei eſt ẽt mot⁹ charitatis: mouet aũt liberũ arbitriũ in deuz ad hoc ꝙ ei ſe ſubijciat: vñ ẽt concurrit act⁹ timoris filialis. ⁊ act⁹ humilitatis. Cõtingit. n. vnum ⁊ eũdẽ actũ liberi arbitrij diuerſaruz ꝟtutuz eẽ ſz ꝙ vna iperat: ⁊ alia ipat: ꝓut. ſ. act⁹ ẽ ordinabilis ad diuerſos fines. Actus autem miẽ operat circa pctm̃ ꝑ modũ ſatiſfactiõis. ⁊ ſic ſeqtur iuſtificationẽ: vel ꝑ modũ ꝑpatiõis inq̃ztũ miſe-

hiimus ꝙ quando contingeret adultum mentis compotem vigilantem ac conſcium ſuſcipere ſacramentum abſqz actuali deuotione ſimultanea cum ſacramento: q̃uis precedens fuerit deuotio: nõ infunditur tunc gratia: ex quo enĩz deus infundendo gratiam iuſtificantẽ ſimul mouet liberuz arbitrium: ſi liberum arbitrium non ſimul mouetur: conſequens ẽ ꝙ gratia non ifundatur: nec ẽ ſimile in amẽtibus ⁊ dormiẽtibus inſenſibilr conſtitutis: quoniã conditio ſtatus taliũ facit vt ſuauiter moueant abſqz motione liberi arbitrij ſimultanea. Et ſi inſtetur ergo ſi poſt precedentẽ deuotionez euagetur quis i ſuſceptionem ſacramenti obicem gratie ponit: ⁊ ↄſequenter peccat mortaliter: reſpondetur ꝙ qꝛ motio liberi arbitrij ſimultanea gratie infuſioni inſerentis dei opus eſt: ⁊ non habere illam eſt ſignum non ſuſcipiẽdi gratiam: conſequens ẽ ꝙ idez ſit iudiciuz de tali motione ⁊ gratie infuſiõe: vnde ſicut euagatio nõ ponit obicem gratie: ita nec dcẽ mo-

tioni: nec ẽ peccatum mortale: ſz ſi per adueniens ſacramẽtum non reducatur euagatus ad actum liberi arbitrij actualiter tendentis in deum iuſtificatorem: manifeſtum eſt: ꝙ non fit iuſtificatio impij tunc per gratie infuſionem: nec tamen oportet ꝙ peccet quis propterea mortaliter: ſz priuatur fructu ſacramẽti per obicẽ quẽ habet: ⁊ ſi tunc non ponat illuz de nouo: vt patet de eo qui diligenter ⁊ non ſufficienter ſe diſcuſſit: ⁊ hec ſunt valde notanda: non vt ſciamus: ſed vt diſcutiam⁹ nos met ipſos.

¶ Arti. IIII.

In articulo q̃rto eiuſdem q̃õnis in reſpõſione ad primum ſato nouitie ꝙ miſericordie actus ſimultaneus in iuſtificatione impij in littera poſitus prout clauditur in dilectione proximi: eſt ille de quo ſcriptuz eſt. Miſerere anime tue placens deo. Comprehẽdor eniz ego ſub dilectione proximi: qui teneor diligere proximum ſicut me ipſum.

℄ Articulus. Quintus.

In articulo 5° eiuſdē q. dubiuꝫ occurrit de op/
poſitiōe iuſtitie ⁊ culpe terminoꝝ iuſtificatio
nis ipij. qm̄ ſuꝑ hoc magna ꝯtrouerſia vr̄. ⁊ tn̄
fundat quodāmō totā prītē doctrinā. Scotus
igiṫ in 4° diſt.
14. q. i. probat
dupl'r gratiaꝫ ⁊
culpā nō oppōi
formal'r. p° qa
vni grē vna tm̄
priuatio ꝑ ſe op
ponitˀ: ſꝫ grā eſt
vna: ⁊ priuatio
culpe eſt multi
plex diuerſarū
rōnū: vt pꝫ de
tāta diuerſitate
pctōꝝ. g̃. Scdo
qꝛ agēs potens
effectiue vel de
fectiue ſuꝑ vnū
oppoſitoꝝ pōt
eodē mō ſuper
nō eē alterius:
ſed hō pōt ſuꝑ
eē culpe effecti/
ue vel defecti/
ue: ⁊ nō pōt ſuꝑ
nō eſſe grē: qꝛ n̄
eē grē eſt nihil
ad qḋ creata po
tētia nō ſe extē
dit. g̃ nō ſūt for
mal'r oppoſita.
℄ Ad euidētiaꝫ
hoꝝ ſciendū ē:
ꝙ de culpa ⁊ ḋ
grā dupl'r loquiˀ
poſſumus. ſ. in
actu ⁊ 2° in actu
.ſ. peccati mor/
talis ⁊ ī actu in
formato gratia
⁊ ſic claꝝ eſt ꝙ
opponuntˀ for/
maliter ꝑ quā
to rectitudo ac
tus charitatis:
⁊ obligtas pec/
cati mortal' op
ponuntˀ forma
liter oppoſitio/
ne priuatiua: ⁊
hoc iam proba
tum eſt ex hoc
ꝙ peccatū mor
tale directe eſt
trāſgreſſio pre/
cepti charitatis: quo nihil diuine amicitie equandū eſt.
⁊ ſic non eſt preſens queſtio: quoniam de culpa remanen
te poſt actum ⁊ habitu gratie loquimur. Alio ergo modo
poſſumus loqui de culpa ⁊ gratia .i. de macula qua pecca
tor poſt peccatum dicitur peccator ⁊ gratia .i. dono habi/
tuali quo formaliter eſt quis gratus deo: nō curādo nūc
de diſtinctione inter gratiam charitatem ⁊ ſibi neceſſario
connexa: ⁊ ſic eſt ſermo preſens: ⁊ dicimus ꝙ gratia ⁊ cul
pa ſunt formaliter oppoſita priuatiue: ſicut tenebra ⁊ lu
men: quod probatur ex hoc: ꝙ auerſio ab incōmutabili
bono: qua formaliter peccator poſt actum dicitur pecca/
tor ⁊ auerſus a
deo charitatis
obiecto contra
riatur directe ꝑ
uatiue conuer/
ſioni ad deum
charitatis obie
ctum. Conſtat
autem ꝙ culpa
⁊ gratia hec im
portant. ſ. auer/
ſionem ⁊ ꝯuer/
ſionem hmōi.
ergo ⁊c̄. Ad pri
mam obiectio/
nem Scot ha
bes reſpōſionē
in littera ex ar
ticulo p̄mo hu
ius queſtionis
in reſponſione
ad primū ꝙ ſi
cut terminˀ ad
quem iuſtifica
tionis eſt vnus
.ſ. iuſtitia meta
phorice dicta:
ita terminus a
quo iuſtitia ſeu
iniquitas: ⁊ i ħ
cōuenit oē pec
catum: vnde di
citur ꝙ ꝑuatio
culpe pōt dupli
citer ſumi. ſ. i or
dine ad cāꝫ ſuā
.ſ. conuerſionē
ad cōmutabile
bonū: ⁊ ſic non
eſt vnius: ſꝫ di/
uerſaꝝ rōnum
ſuꝑta ſpecificaꝫ
diuerſitatē pec
catorum. Alio
mō ſm̄ cōeꝫ rō
nē auerſiōis ab
icōmutabili bo
no: ⁊ ſic eſt vna
vnius. ſ. rōnis:
vnde oīa pecca
ta mortalia cō/
ueniunt ex par
te auerſionis: ⁊
nō multiplicāt
auerſionem ex hac parte: ſed intendunt eam ſicut appoſi
tio impedimentorum in medio augent elongationem a
lumine: ⁊ qꝛ culpa eſt formaliter oppoſita gratie inquan/
tū eſt priuatio conuerſiōis ad deum: vt dictū eſt: ideo ne/
gatur ꝙ culpa vt priuatiue oppoſita gratie non ſit vna.
Ad 2ᵐ poteſt primo negari maior ⁊ dici: ꝙ ſufficit poſſe
in nō eſſe

ricordes miaꝫ ꝯſequuntˀ: ⁊ ſic
ēt pōt p̄cedere iuſtificationeꝫ:
vel ēt ad iuſtificationē ꝯcurre
re ſimul cū p̄dictis v'tutibˀ ſm̄
ꝙ mīa icluditˀ in dilectiōe ꝓxi
mi. ℄ Ad ſcōm dōm: ꝙ ꝑ co-
gnitioneꝫ nālem hō nō ꝯuertitˀ
in deū inq̄ꝫtum ē obm̄ beatitu
dinis ⁊ iuſtificatiōis cā. vn̄ ta/
lis cognitio nō ſufficit ad iuſti/
ficationē: donū āt ſapiētie pre
ſupponit cognitioneꝫ fidei: vt
ex ſupra dictis pꝫ. ℄ Ad terti/
um dōm: ꝙ ſicut apl's dicit ad
Ro. iiij. Credēti in eū q iuſtifi
cat impiū reputabitˀ fides eius
ad iuſtitiā ſm̄ ꝓpoſituꝫ gratie
dei. Ex quo pꝫ ꝙ in iuſtifica/
tione ipij reqritur actus fidei
quantū ad hoc ꝙ hō credat de
um eē iuſtificatorē hominum
per myſterium chriſti.

℄ Utrū ad iuſtificationē impij
requiratˀ motus liberi arbitrij.
in peccatū. Art. V.

Ad quintum ſic ꝓcedi
tur. Videtˀ ꝙ ad iu/
ſtificationē ipij non
reqratˀ motus liberi
arbitrij in pctm̄. Sola. n. chari
tas ſufficit ad ḋletionē pcti ſꝫ
illud Prouer. x. Uniuerſa de
licta operit charitas: ſed chari
tatis obm̄ nō eſt pctm̄. g̃ nō re
qritˀ ad iuſtificationeꝫ ipij mo
tus liberi arbitrij in peccatuꝫ.
℄ Preterea. Qui in anterio
ra tendit ad poſteriora reſpice
re nō dꝫ: ſꝫ illḋ apl'i ad Phil.
iij. Que qdē retro ſunt oblini
ſcens: ad ea vo q̄ ſūt priora ex
tendēs me ipm̄: ad deſtinatuꝫ
ꝑſequor brauiū ſuꝑne vocatio
nis. ſꝫ tendēti in iuſtitiā retror/
ſuꝫ ſunt pctā p̄terita. g̃ eoꝝ dꝫ
obliuiſci: nec in ea ſe dꝫ extēde
re per motum liberi arbitrij.
℄ Preterea. In iuſtificatiōe
ipij nō remittitˀ vnū pctm̄ ſine
alio. ipiū. n. ē a deo dimidiam
ſperare veniā. ſi igitˀ i iuſtifica
tione ipij oporteret liberū arbi
triū moueri ꝯ pctm̄: oporteret
ꝙ de oībus peccatis ſuis cogi
taret: qḋ vr̄ incōueniēs: tuꝫ qꝛ
reqreretˀ magnū tpˀs ad hmōi
cogitationē: tuꝫ ēt qꝛ pctōrum
quoꝝ ē hō oblitˀ veniā hr̄e nō
poſſet. g̃ motˀ liberi arbitrij in
pctm̄ nō reqritˀ ad iuſtificatio/
nē ipij. ℄ Sꝫ ꝯ ē qḋ dr̄ in p̄s.
Dixi cōfitebor' aduerſuꝫ me i
iuſtitiā meaꝫ dn̄o: ⁊ tu remiſi
ſti ipietatē pcti mei. ℄ Reſpō
deo dōꝫ: ꝙ ſicut ſupra dcm̄ ē:
iuſtificatio ipij eſt qdā motus
quo humana mēs mouetur a
deo a ſtatu pcti i ſtatū iuſtitie:
oꝫ igitˀ ꝙ hūana mēs ſe habeat
ad vtrūqꝫ extremoꝝ ſꝫ motuꝫ
liberi arbitrij: ſicut ſe hꝫ corpˀ
local'r motū ab aliquo mouē/
te ad duos terminos motus:
manifeſtum eſt auteꝫ in motu
locali corpoꝝ ꝙ corpˀ motuꝫ
recedit a termīo a quo: ⁊ acce/
dit ad terminū ad quem: vnde
oꝫ ꝙ mens humana dū iuſtifi
catˀ ꝑ motū liberi arbitrij: rece
dat a pctō: ⁊ accedat ad iuſtiti

am: receſſus āt ⁊ acceſſus i mo tu liberi arbitrij accipiť ƀʒ dete ſtationē ⁊ deſiderium. Dicit .n. aug. ſup Joan. exponēs il lud. Mercenari⁹ āt fugit. Affe ctiones nr̄e mot⁹ aiarū ſūt leti cia ai diffuſio ē triſtitia ai fuga ē: pgrederis aio cum appetis: fugis aio cū metuis. Ꝙ pʒ igiť ꝙ in iuſtificatiōe ipij ſit mot⁹ liberij arbitrij duplex. Unus quo p deſideriū tēdat in dei iu ſtitiā: ⁊ alius quo deteſtetur pctm̄. ¶ Ad primū ḡ dōm: ꝙ ad eādē ꝓtutē ptiet pſeq vnū oppoſitoꝝ: ⁊ refugere aliud. ⁊ iō ſicͭ ad charitatē ptinet dili gere deū: ita ēt deteſtari pctā p q̄ aia ſepaꝛ a deo. ¶ Ad ſcđm dōʒ: ꝙ ad poſteriora nō dʒ hō regredi p amoreʒ: ſʒ q̄tū ad h̄ dʒ ea obliuiſci: vt ad ea non af ficiatur: dʒ tm̄ eoꝝ recordari p conſiderationem: vt ea deteſte tur: ſic .n. ab eis recedit. ¶ Ad tertiū dōʒ: ꝙ in tp̄e p̄cedēte iu ſtificationem oʒ ꝙ hō ſingula pctā q̄ cōmiſit deteſteť: quoꝝ memoriā hʒ: ⁊ ex tali ꝯſidera tione p̄cedēti ſubſeqť in aia q daʒ motus deteſtantis vlr oia pctā ꝯmiſſa: iter q̄ ēt icludunť pctā obliuioni tradita. q: hō in ſtatu illo eſt ſic diſpoſitus: vt ēt de his q̄ nō meminit ꝯterere tur ſi memorie adeſſent: ⁊ iſte mot⁹ ꝯcurrit ad iuſtificationē.

¶ Utruʒ remiſſio pctōꝝ debeat numerari iter ea q̄ requirunť ad iuſtificationē ipij. Ar. VI.

Ad ſextuʒ ſic pcediť. Uidetur ꝙ remiſſio pctōꝝ nō debeat nūe rari iter ea q̄ requirunť ad iuſtificationē impij. Suba .n. rei nō ꝯnumeraꝛ his q̄ ad rē requiruntur: ſicut hō nō dʒ ꝯnu merari aie ⁊ corpori: ſʒ ipſa iu ſtificatio ipij eſt remiſſio pctō rū: vt dcm̄ ē. ḡ remiſſio pecca toꝝ nō dʒ ꝯputari iter ea q̄ ad iuſtificationeʒ impij requirunť. ¶ Preterea. Idē eſt gr̄e infu ſio: ⁊ culpe remiſſio: ſicͭ idē ē illuminatio: ⁊ tenebraꝝ expul ſio: ſʒ idē non dʒ ꝯnumerari ſi bijpſi. vnū .n. multitudini op poniť. ḡ nō dʒ culpe remiſſio connumerari ifuſioni gratie. ¶ Preterea. Remiſſio pctōꝝ ꝯſeqtur ad motū liberi arbitrij in deū: ⁊ in pctm̄: ſicut effect⁹ ad cām: p fidē .n. ⁊ ꝯtritioneʒ remittunť pctā: ſʒ effectus nō dʒ ꝯnumerari ſue cauſe: q: ea q̄ ꝯnumeranť q̄ſi adinuicē ꝯdi uiſa ſunt ſimul nā. ḡ remiſſio culpe nō dʒ ꝯnumerari alijs q̄ requirunť ad iuſtificationē ipij. ¶ Sed ꝯ̄ ē ꝙ in enumeratiōe eoꝝ q̄ requirunť ad rē nō dʒ pre termitti finis q ē potiſſimū in vnoquoqʒ: ſʒ remiſſio pctōꝝ ē finis in iuſtificatiōe ipij. Dr̄ .n. Eſaie. xxvij. Iſte ē ois fru ctus: vt auferať pctm̄ ei⁹. ḡ re miſſio pctōꝝ dʒ ꝯnumerari in ter ea que requiruntur ad iuſti ficationem impij. ¶ Reſpon deo dicendū: ꝙ q̄tuor enume

---

in nō eſſe alterius dementorie: hoc .n. hō pōt ſup non eſſe gr̄e. Et rō iſtius tertij mēbri eſt q̄n alteꝝ oppoſitū ē ex al tiori principio pēdēs. 2° pōt negari minor p q̄to hō pt defectiue ſup nō eē gr̄e: q: deficiēdo ponit obicē diuine infuſioni: ⁊ ꝯſeruatiōi gr̄e in ſe: ad probationē de annihi lanōe plies di ctū ē: ꝙ gr̄a q̄n deſinit haberi non annihilať propter plures rōnes alias di ctas.

¶ In eodē qui to arti. nota dif ferentiam iter motū nālem ⁊ voluntatis: qđ in natura ideʒ numero ē mo tus localis quo accediť a termi no ad quē: ⁊ re cediť a termio a quo. In volū tate aūt: q: aia liter oʒ vtrūqʒ fieri: alter act⁹ ē cuius obʒ ē ma luʒ a quo aia p modū receden tis ſe hʒ: ⁊ alter cu⁹ obm̄ ē bo nū ad qđ aia p modū acceden tis ſe hʒ: ⁊ ppea i lr̄a dr̄ duplex motus liberi ar bitrij requiriť: al ter deteſtatōis mali: ⁊ alter af fectiōis ad bo nū: ex qb⁹ duo bus integraꝛ q̄ ſi vnus motus volūtatis a ma lo i bonū a cul pa ad iuſtitiaʒ gratie.

¶ In eodē arti. in rn̄ſiōe ad 3m aduerte ꝙ illō verbū oʒ ꝙ hō ſingula pctā q̄ ꝯmiſit ⁊c. nō ſi gnificat neceſſi tatē ſimplr̄ ad q̄ndā iuſtifica tionē: q: vnicuſ actus quo quis deteſtaꝛ vlr oē pctm̄ pp deū: ēt ſi tunc nolit cogitare d ſin gulis q̄ hʒ in memoria paratus cogitare tp̄e ꝯfeſſiōis ſuf ficit ad iuſtificationē impij: q̄n p̄ceptum de rememora tione in pticulari affirmatiuū eſt: ⁊ p ſemel tm̄ obligat .ſ. tp̄e confeſſionis abſolute loquēdo: ſed ſignificat neceſſi tatē nālis pgreſſus infirmitatis hūane de malo in bonū

iuſtitie gratuite per imperfecta bona .ſ. per ſingulares at tritiones peccatorum in vniuerſalem contritionem eoꝝ: paulatim .n. innatum eſt nobis moueri de extremo in ex tremum: hac enim noſtra conditione non obſtante po teſt abſqʒ huiuſmodi attritiōibus quis iuſtificari: vt de Paulo patet: ⁊ frequenter dei gratia operan te accidit in re pentinis cōuer ſionibus pecca torum q̄n in ve ritate conuer tuntur: vtrum autem p̄ter vni uerſalem cōtri tionem requira tur ſingularis d ſingulis contri tio non ſpectat ad preſentē lo cum: vbi de de teſtationibus p̄ cedentibus iu ſtificationē im pij ē ſermo. Cō ſtat autem has ſingulares dete ſtationes non eſſe contritio nes: q: nō ſunt informate cha ritate: ſed attri tiones: que vt ipſum nomen ſonant p̄cedūt generatiōis or dine contritio nem: prius eniʒ aliquid atteri tur q̄ contera tur.

¶ Artic. VI.

In arti cu lo ſex to i calce corpi articuli vbi di ciť ꝙ remiſſio pecatorū eſt cō ſumatio ſiue p uētio ad termi num huius mo tus qui eſt iuſti ficatio ipij du bium occurrit: tum q: iuſtitia vt in primo articulo dictū fuit: eſt terminus ad quem: in cuius conſecutione conſu matur iſte motus: tum q: expulſio termini a quo in nul lo motu habet rationem termini ad quem: vt patet indu ctiue. Conſtat autem ꝙ remiſſio peccatoꝝ eſt expulſio culpe: que eſt terminus a quo: ⁊ iſte eſt motus. ergo ⁊c.

rantur q̄ reqrunt̄ ad iuſtifica/
tionē ipij.ſ.gr̄e iſuſio:mot⁹ li/
beri arbitrij in deū p̱ fidem: τ
motus liberi arbitrij in pctm̄:
τ remiſſio culpe: cui⁹ ratio ē.
qꝛ ſicut dictuȝ eſt. iuſtificatio
eſt quidaȝ motus quo anima
mouetur a deo a ſtatu culpe in
ſtatum iuſtitie.in quolibet au/
tem motu quo aliquid ab alte
ro mouetur:tria requiruntur.
Primo qdem motio ipſi⁹ mo
uentis. Scđo motus mobilis.
τ tertio ꝯſumatio motus:ſiue
p̱uentio ad finē. Ex parte igit̄
motionis diuine accipit̄ gratie
infuſio:ex parte ꝟo liberi arbi
trij moti accipiunt̄ duo mot⁹
ipſius ſm̄ receſſum a termino
a quo: τ acceſſum ad terminū
ad quē. Cōſumatio aūt ſiue p̱
uentio ad terminū huius mo/
tus iportat̄ p̱ remiſſionem cul
pe:in hoc.n.iuſtificatio conſu
mat̄. ¶ Ad primū ergo dõm:
q̄ iuſtificatio impij dicit̄ eē ip
ſa remiſſio peccatoꝝ ſ̄z q̄ ois
motus accipit ſpēȝ a termino:
tn̄ ad terminū ꝯſequēdū mul/
ta alia reqrunt̄: vt ex ſupra di/
ctis pȝ. ¶ Ad ſcđȝ dõȝ:q̄ gra
tie infuſio τ remiſſio culpe du
pliciter conſiderari pn̄t. Uno
mō ſm̄ ipſam ſubam actus: τ
ſic idē ſunt.eodem.n. actu de/
us τ largit̄ gr̄aȝ: τ remittit cul
pam. Alio mō pn̄t conſiderari
ex p̱te obiectoꝝ. τ ſic differunt
ſm̄ drīam culpe:q̄ tollit̄ τ gr̄e
q̄ infundit̄:ſicut ēt in rebus nā
libus gn̄atio τ corruptio diffe
runt: q̄ꝫuis generatio vni⁹ ſit
corruptio alterius. ¶ Ad terti
um dõm q̄ iſta nō eſt ꝯnume
ratio ſm̄ diuiſioneȝ generis in
ſpecies:in qua oȝ q̄ ꝯnumera
ta ſint ſimul:ſed ſ̄z drīam coꝝ
q̄ reqrunt̄ ad cōpletionē alicu
ius:in q̄ qdem enumeratione
aliqd pōt eſſe prius: τ aliquid
poſterius.qꝛ principioꝝ τ par
tium rei compoſite pōt eſſe ali
quid alio prius.

¶ Utrum iuſtificatio ipij fiat in in
ſtāti vel ſucceſſiue. Art. vij.

AD ſeptimuȝ ſic p̱ce
ditur. Uidet̄ q̄ iuſti
ficatio impij nō fiat
in inſtanti:ſȝ ſucceſſi
ue.qꝛ vt dictū ē.ad iuſtificatio

¶ Ad hoc dicitur q̄ quēadmodum in omni mutatiōe or/
do nāe ex p̱te agētis exigit:q̄ duoꝝ q̄ inueniunt̄ i termi/
no ad quē.ſ.inductionis forme intente τ expulſiōis oppo
ſiti.p̄mo ſit inductio forme intente: τ vltimo ſit expulſio
oppoſiti: vt pȝ in illuminatiōe:in q̄ lȝ ſimul aer illumine
tur τ excludat̄
a tenebra:ex h̄
tn̄ q̄ illumina/
tur excludit̄ a
tenebra: ac p̱ h̄
excluſio ē cōſu/
matio τ p̱uētio
ad terminū:ita
in h̄ motu iuſti
ficatiōis impij
termin⁹ ad quē
hȝ in ſe duo.ſ.i/
ductionē iuſti/
tie τ remiſſio/
neȝ culpe: τ hec
hȝ vltimi rōnē.
τ p̱pterea in lit
tera dr̄:q̄ in re/
miſſiōe pctōꝝ
ꝯſumat̄ iuſtifi/
catio impij.
¶ In rn̄ſiōe ad
primuȝ dubiū
ꝯſurgit circa il
la verba iuſtifi
catio ipij dr̄ eſ/
ſe ipſa remiſſio
pctōꝝ ſm̄ q̄
ois motus ſpēȝ
accipit a termi
no:nā plus req/
ritur ad eē ter/
minū ſpecificā
tē motuȝ q̄ȝ ad
eſſe terminum
eiuſdē.Et p̱pte
rea lȝ expulſio
oppoſiti habe/
at rōnem vlti/
mi termini: nō
hȝ tn̄ rōneȝ ter
mini ſpecificātis:nō.n.ſpecificat̄ illumiatio ab expulſio
ne tenebre:ſed a lumine. male ḡ videt̄ dcm̄ q̄ mot⁹ iſte
dr̄ remiſſio pctōꝝ ſm̄ q̄ ois motus ſpēȝ ſumit a termio
tanq̄ȝ remiſſio culpe ſit termin⁹ ſpecificās talē motū.
¶ Ad hoc dr̄ q̄ motus ſeu mutatio ē duplex: q̄dā de cui⁹
termini inductiōis rōe ē expulſio ꝯrij ſeu priuatiui:q̄daȝ
cui accidit h̄.Exēplū primi ē ois motus ſeu mutatio tam
ſucceſſiua q̄ȝ p̱ ſe termin⁹ ſucceſſiue.Exēplū ſcđi ē illumi
natio p̱tiū orbis ſolis coeua ſoli:qꝛ nunq̄ȝ fuerunt in tene
bris:nec terminat illuminatio illa aliquē motū: vt pȝ: in
primis motib⁹ ſpēs ſumit̄ ab inductione termini τ nō ab
expulſiōe oppoſiti. In ſcđis qꝛ inueniri pn̄t duplr̄.ſ.cōiū/
cte expulſioni oppoſiti τ ſep̱ate ab illis: vt pȝ de illumina
tione q̄ inuenit̄ vtroq̄ȝ mō ad denotādū drīā iter vtrūq̄ȝ
modū qn̄ occurrit cū expulſione oppoſiti ſpecificatio fit
ab excluſione oppoſiti tanq̄ȝ ab vltima rōne termini ad
quem:ex qua ſumit̄ p̱pria drīa ipſius:verbi gr̄a:qꝛ duplr̄
fit illuminatio.ſ.p̱ modū ſimplicis generationis vt patȝ:
quū partes orbis coeue ſemp̱ illuminent̄ τ p̱ moduȝ mo
tus:vt pȝ:quū aer ex tenebroſo fit illuminatus: τ i primo
modo fit lumē tm̄:τ non fit lumen expellens tenebram.
In 2° aūt fit totū hoc.ſ.lumen expellens tenebrā: τ ex h̄
iſta illuminatio differt ab illa:qm̄ ex hoc hȝ rōnem mo/
tus ſeu mutatōis de ꝯrio ſeu priuatiuo in ꝯriū:ſeu formā
p̱p̱ q̄ differt a p̄
ma q̄ hȝ rōneȝ
ſimplicis p̱du/
ctiōis ex ſimpli
ci negatione in
affirmationeȝ.
ideo ab iſta vlti
ma rōne termi
ni ad quē: q̄ ex
pellit oppoſitū
mot⁹ hmōi dȝ
ſumere ſpēȝ:ſic
aūt eē in p̱poſi
to pȝ ex p̄mo ar
ticulo huius. q.
vbi dcm̄ eſt: q̄
iuſtificatio du/
pliciter fieri pt
.ſ.p̱ modū ſim/
plicis gn̄atiōis
ex negatiōe iu/
ſti ad faciēduȝ
iuſtū:τ p̱ modū
motus de ꝯrio
in ꝯriuȝ de cul/
pa in iuſtitiam:
qn̄ p̄mo mō fit
termin⁹ ad quē
eſt ſola iuſtitia:
qn̄ ſecūdo mō
fit terminus ad
quem ē iuſtitia
expellēs culpā:
τ qꝛ ex hoc hēt
vltimā differē/
tiam: iuſtifica/
tio iſta p̱ quam
differt a iuſtifi
catiōe ēt ꝯpari.
iō ex hac iuſtifi
catio ipij dr̄ ſu/
mere ſpēm ſicut motus a ſuo termino: τ ex h̄ ſoluit̄ arg͡m
lr̄e:qꝛ ad iuſtificationē ipij ꝯcurrit remiſſio culpe vt ſubie
ci⁹ nō abſolute:ſȝ p̱ q̄to ſpēȝ hȝ mot⁹ ex termio: τ qꝛ plia
alia ad iuſtificationē reqrunt̄: iō remiſſio ꝯnūerat̄ alijs.
¶ In rn̄ſiōe ad 2m eiuſdē ſepti articuli dubiū occurrit de
intentiōe auctoris an intēdat q̄ gr̄e infuſio τ remiſſio cul
pe ſint idē ſm̄ ſubam τ diſtinguant̄ ſm̄ terminos:an itē/
dat q̄ ſint ꝯueniāt τ diſtinguant̄ ſicut gn̄atio τ corruptio:
quū gn̄atio vnius eſt corruptio alterius. Nō dubiū eſt qꝛ
in lr̄a vtrūq̄ȝ dr̄:τ vtrūq̄ȝ ſimul verꝫ eē nō pōt.nā quū ex
aqua fit ignis ſunt ibi ſimul due mutationes ſm̄ ſubam
τ q̄tuor termini:altera eſt gn̄atio de nō eſſe ad eſſe ignis.
altera ē corruptio de eē in nō eē aq̄: τ ſi ſic ē in p̱poſito:nō
ē idē ſ̄z ſubaȝ gr̄e infuſio τ remiſſio culpe: τ ſi nō ē ſic nō
drūt τ ꝯueniūt vt gn̄atio τ corruptio: vt in lr̄a dr̄.
¶ Ad hoc dr̄ q̄ hic opꝫ cautū eē ne diuertamus de vno in
aliud: τ fallamur:nā diſtinguere oȝ de gn̄one τ corruptio
ne vt ſunt actiones τ vt ſunt mutatiōes:ſi nāq̄ȝ eſt ſermo
de actione gn̄atiua τ corruptiua ſic dõm eſt:q̄ ē eadē ſm̄
ſubam

ſubam ⁊ diſtinguit̃ ſʒ termios eadē nāq̃ʒ actio ē q̄ calidū gnāt calorē ⁊ corrūpit frig⁹.ſ.calefactio:q̄ inq̄ʒtū termiatur ad expulſionē frigoris dr̃ corruptio actiue:⁊ inquātū termiat̃ ad calorē dr̃ gnō actiue. Et ad hūc ſenſuʒ directe tēdit lr̃a:qm̄ tā grē īfuſio q̄ʒ remiſſio culpe actōeʒ ſignāt: illa gnātiuā: iſta expulſiuā. ſi āt eēt ſmo d̄ gnōne ⁊ corruptione vt ſunt mutatiōes. tūc dōʒ ē q̄ n̄ ē ſile de eis ⁊ d̄ ꝓpoſitis. naʒ gnō ⁊ corruptio vt dictū ē ſunt due mutatiōes iter 4°r termios:in iuſtificatiōe āt ipij ē vna ſola mutatio inter duos termios .ſ. de culpa ad grām ſeu iuſtitiā. Et rō eſt q̄ꝛ culpa n̄ ē aliqd poſitiuū a cui⁹ eē ad n̄ eē opōteat eſſe mutatiōeʒ q̄ ē corruptio:ſʒ ē ꝓuatio grē vt dcm̄ eſt. ⁊ qm̄ Sco. i 4° di. 14. q. 1. h̄ impugnat aſſerende ſunt due rōnes ſue: vt veritas magi eluceſcat. Arguit p° idē ſimplr̄ n̄ ꝑt plurificari et n̄ plurificari:⁊ h̄ accipiendo termios vniformiter: ſʒ remiſſio culpe plurificat̃:ↄſequutio grē nō plurificat̃. ḡ. ꝓbat̃ minor:q̄ꝛ cuilibʒ culpe r̄ndet ꝓpa remiſſio: ꝓbat̃ q̄ꝛ pōt remiſſio vni⁹ ſepari ab altera: puta ſi nō cōmiſiſſet tot culpas. 2° ſic. idē nō ſepat̃ ab eodē ⁊ h̄ vniformiter ſumdo termios: ſʒ expulſio culpe ⁊ acqſitio grē ſepant̃ ab iuicē: vt pʒ ex eo q̄ grā dat̃ inocētib⁹ āgelis ⁊ ade i ſtatu innocētie. et de⁹ pōt d̄ po° abſo^lte parcere abſq̃ʒ ifuſiōe grē. Reliq̄s rōnes Scoti attulim⁹ ſupius de oppōne termioꝝ.ſ. grē ⁊ culpe:⁊ remiſſiōis culpe abſq̃ʒ grā: ſʒ hec paꝝ ēt appēne hn̄t apd̄ exercitatos ⁊ diſcernētes q̄ nō eſt de reꝝ oīum idētitate par rō vtriqʒ:ſʒ q̄dā ſūt q̄ ita ſe hn̄t: q̄ ⁊ ſi vnū poſſit abſolui ab altero:illud tn̄ alteꝝ nō pōt abſolui ab illo:⁊ nō ſolū nō pōt abſolui ſʒ ↄcurrit in identitatē realē cū illo. Anial.n. lʒ poſſit eē ſine hoie:hō tn̄ nō pōt eē ſine aiali:ita q̄ oʒ q̄ ſit idē qd̄ aīal:⁊ albedo pōt eē ſine h̄ q̄ ſit intēſa: itēſus tn̄ gradus albedis nō pōt eē ſine ea ⁊ idētificat̃ illi. Et qd̄ ad ꝓpoſitū facit. illuminari pōt abſolui ab exitu a tenebris:exire tn̄ a tenebris nō pōt abſolui ab illuminari. vn̄ ſic illuminari abſo^lte ē mutatio ex nō lumie ad lumen. illuminari āt tenebroſuʒ ē mutatio ex lumie ꝓuatiue i lumē:

nem ipij regrit̃ mot⁹ libe.arbi. Act⁹.n. libe.arbi. ē eligere:q̄ ꝓ exigit deliberationē ↄſilij: vt dictū ē. Cū igr̃ dliberatio diſcurſuʒ quēdā iportet q̄ ſucceſſionē q̄ʒdā hʒ: vr̃ q̄ iuſtificatio ipij ſit ſucceſſiua. ¶ Preterea. Mot⁹ liberi arbitrij nō ē abſq̃ʒ actuali ↄſideratiōe: ſʒ ipoſſibile eſt ſil' multa itelligere i actu: vt i. j. dcm̄ ē:cū igit̃ ad iuſtificationē ipij reqrat̃ mot⁹ libe.arbi. i diuerſa.ſ. in deū: ⁊ in pctm̄: vr̃ q̄ iuſtificatio ipij nō poſſit eē i inſtāti. ¶ Preterea. Forma q̄ ſuſcipit mag' ⁊ min⁹ ſucceſſiue recipit̃ i ſubto: ſic pʒ de albedine ⁊ nigredine: ſʒ grā ſuſcipit magis ⁊ min⁹: vt. ſ. dcm̄ ē. ḡ nō recipit̃ ſubito i ſubo. cū igr̃ ad iuſtificationē ipij reqrat̃ grē ifuſio: vr̃ q̄ iuſtificatio ipij n̄ poſſit eē in iſtāti. ¶ Preterea. Motus libe.arbi. q̄ ad iuſtificationē ipij ↄcurrit ē meritori⁹: ⁊ ita oʒ q̄ ꝓcedat a grā: ſine q̄ nullū ē meritū: vt iſra dicet̃: ſʒ pri⁹ ē aliqd ↄſeq formā: q̄ʒ ꝑ formā opari. ḡ pri⁹ ifundit̃ grā. ⁊ poſtea libe.arbi. mouet̃ i deū: ⁊ i deteſtationē pcti. nō ḡ iuſtificatio ē tota ſil'. ¶ Preterea. Si grā ifundat̃ aie oʒ dare aliqd̄ i ſtās i q̄ prio aie iſit. ſilr̄ ſi culpa remittit̃: oʒ vltimū iſtās dare i quo hō culpe ſubiaceat: ſʒ non pōt eē idē iſtās: q̄ꝛ ſic oppoſita ſil' ieſſent eidē. ḡ oʒ eē duo iſtātia ſibi ſuccedētia: iter q̄ ſʒ phʒ i. vj. phy. oʒ eē tp̄s mediū. nō ḡ iuſtificatio fit tota ſil': ſʒ ſucceſſiue. ¶ Sʒ ↄ̄ ē qd̄ iuſtificatio ipij fit ꝑ grāʒ ſpūs ſcti iuſtificātis; ſʒ ſpūs ſcūs ſubito aduenit mētib⁹ hoiuʒ ſʒ illd̄ Actuū. ij. Fact⁹ ē repēte de celo ſon⁹ tanq̄ʒ aduenietis ſpūs vehemētis vbi dic̃ glo. q̄ neſcit tarda molimina ſpūs ſcti grā. ḡ iuſtificatio ipij nō ē ſucceſſiua: ſʒ iſtātanea. ¶ Rn̄deo dōʒ: q̄ tota iuſtificatio ipij originalr̄ ↄſiſtit i grē ifuſiōe. Per eā.n. ⁊ libeꝝ arbi. mouet̃: ⁊ culpa remittit̃. grē āt ifuſio fit in inſtāti abſq̃ʒ ſucceſſiōe. Cui⁹ rō ē: q̄ꝛ q̄ aliq̄ forma nō ſubito ip̄rimat̃ ſubo ↄtigit ex h̄ q̄ ſubʒ nō ē diſpoſitū. ⁊ agēs idiget tp̄e ad h̄ q̄ ſubiectū diſponat. ⁊ iō videm⁹ q̄

⁊ eſt vna mutatio ſimplex de tenebris ad lumē iter duos tm̄ termios.ſ. ꝓuatiōeʒ ⁊ formā: ſimplex nāq̃ʒ negatio ↄ̄cta ad ꝓuatōeʒ eūdē ↄſtituit terminū a quo:ita i ꝓpoſito ↄſequutio grē abſo^lte loq̄ndo ē mutatio de ſimplici negōne grē ad grāʒ:⁊ ꝑt abſolui ab exitu a culpa:ſʒ nō eↄ̄. Exire q̄ppe a culpa ipoſſibile ē niſi ↄſeq̄ndo grāʒ: ita qd̄ eſt vna mutatio exire a culpa et ↄſeq grāʒ iter duos terminos.ſ. culpā q̄ eſt ꝓuatio ↄ̄ria grē ⁊ grāʒ: nec ſūt duo termini a quo negatio grē ⁊ ꝓuatio grē: ſed ꝓuatio ↄ̄bit negōnē ⁊ conſtituit vnū terminuʒ a q̄:⁊ ꝑ h̄ pʒ qd̄ dōm ſit ad qōnes:q̄ q̄nt̃ veꝝ i ifuſiōe grē et remiſſione culpe ſit vna ſimplex mutatio iter duos tātuʒ terminos formaliter oppoſitos vt ꝑdeclaratū fuit. Et ad obiectionē p°ᵉ Sco. dr̃ q̄ remiſſio culpe nō multiplicat̃ ſm ꝑ ſe terminū: q̄ꝛ vt dictum fuit oē pctm̄ ↄuēit cuʒ alio i auerſiōe: ſʒ multitudo ē i termis ꝑ accidēs: qd̄ nō icōuenit. pōt ēt dici: q̄ idē inq̄ʒtū idē incōuenit multiplicari ⁊ nō multiplicari: ſʒ inq̄ʒtuʒ aliq̄ mō dr̄ns eſt a ſeipo pōt multiplicari ⁊ nō multiplicari: ⁊ ſic ē i ꝓpoſito: q̄ꝛ exit⁹ a culpa inq̄ʒtū ē idē ↄſequutōi grē.ſ. inq̄ʒtū ē eadē mutatio ſm ſubam nō hʒ h̄ q̄ multiplicat̃ ⁊ nō multiplicat̃: ſʒ inq̄ʒtū ē aliq̄ mō dr̄ns ab ea. i. a ſe ipſa vt idētificat̃ illi: differt.n. in h̄ q̄ ſe tʒ ex ꝑte termini a q̄: illa vō ex ꝑte termini ad quē: vt ſic ꝑt multiplicari ex hac ꝑte ⁊ nō multiplicari ex ꝑte alia. Ad 2^m dr̃ q̄ idē realr̄ ⁊ ↄuertibilr̄ ipoſſibile ē ſepari: ſʒ q̄ ſunt idē realr̄ ⁊ non ↄuertibilr̄ pn̄t ſepari ex ꝑte q̄ nō ē ↄuertibilitas: vt pʒ de aiali ⁊ hoie albedie ⁊ albedie itēſa ⁊c̃. ⁊ ſic ē in ꝓpoſito vt pʒ ex dictis. Articu. VII.

IN arti° 7° eiuſdem. q. 1. iz. nota duas radices ex phia: alterā vn̄ ꝓuēit q̄ forma nō fiat i iſtāti: alterā vn̄ ꝓuēit q̄ agēs egeat tp̄e ad diſponendū mām̄ ſufficiēter ꝑ forma: ⁊ p° in duab⁹ ſil' iūctis ↄſiſtit.ſ. in diſpōne ſubi ⁊ indigētia tp̄is ad diſponēdū. 2° aūt i vno.ſ. i ꝓportiōe reſiſtētis idiſpōnis ad v̄tutē agētis diſponētis: ⁊ ē ſmo de forme ꝑmanēte: de ſucceſſiua nāq̃ʒ nulla ē qō: q̄ꝛ iplicat eā eſſe i iſtāti:

Et qm̄ hec radi ces cãe ꝓpe di ctoꝝ effectuũ acceptãti: ideo autoꝛ vtẽs po ſterioꝛiſtica do ctrina. ſi affir matio eſt cã af firmatiõis ⁊c̄. ex negatiõe ba rũ cãrum ꝯclu dit grãs infun di in inſtanti.

℄ In rñſiõe ad 2ᵐ aduerte q̄ nõ dr̄ q̄ vnico actu libeꝝ ar bitriũ moueaṫ in deũ ⁊ petm̃: ſꝫ q̄ ſil' ẽm q̄ vnũ eſt rõ alte ri⁹. Exẽplũ aũt de itellcũ plus dicit q̄ʒ oportet: qꝛ dicit etiã vnitatẽ act⁹: ſꝫ abũdãs caute la nõ nocet.

℄ In rñſiõe ad 3ᵐ aduerte ma ximã negatiuã ex doctrina añ dcã q̄ ſuſcipe re magis ⁊ mi nus nõ ẽ rõ q̄ re formã oꝫ fie ri ſucceſſiue: et ꝓbat h̄ autoꝛ ex lumie: ⁊ hic hẽs q̄ʒ falſa ſit illa ꝓpõ. Nul la latitudo foꝛ me acqriṫ aut deꝑdiṫ i iſtãti: pꝫ.n.q̄ non ſo lũ falſa ẽ quãꝫ aliqtid fit ꝯſe quutiue: puta quum caloꝛ fit ꝯſequendo foꝛ mã ignis: ſꝫ ẽt quũ fit ꝑ ſe vt ꝑpꝛi⁹ termin⁹ factõis: vt pꝫ ĩ lumie: ⁊ rurſus pꝫ q̄ nõ ſolũ ẽ h̄ verũ de lati tudine itẽſiua: ſꝫ ẽt extenſiua: ꝯtingit.n. totũ aliqđ ſimul il lumiari: imo ⁊ coagulari ingt pĩs in ĩ ſenſu ⁊ ſenſato: ſꝫ di

ſtati cũ mã ẽ diſpoſita ꝑ altera tiõeꝫ p̄cedẽtẽ foꝛma ſubalis ac qriṫ mãe. ⁊ eadẽ rõne: qꝛ diafa nũ ẽ hꝫ ſe diſpoſitũ ad lumẽ re cipiẽdũ: ſubito illuminaṫ a cõ poꝛe lucido i actu. Deĩn eſt ãt ſupꝛa q̄ de⁹ ad h̄ q̄ grãm iſun dat aie nõ reqrit aliq̄ʒ diſpõnẽ: niſi q̄ʒ ipſe facit. Facit ãt h⁹ di ſpõnẽ ſufficiẽtẽ ad ſuſceptiõeꝫ grẽ: qñq̄ʒ qdẽ ſubito: qñq̄ʒ aũt paulatim ⁊ ſucceſſiue: vt. ĩ. di ctũ ẽ: qđ.n. agens nãle nõ ſubi to poſſit diſpõere mãꝫ: ꝯtingit ex h̄ q̄ ẽ aliq̄ ꝓpoꝛtio ei⁹ qđ in mã reſiſtit ad v̄tutẽ agentis. ⁊ ꝑꝑ h̄ videm⁹ q̄ q̄to v̄t⁹ agẽtis fuerit foꝛtioꝛ: tãto mã citius di ſponiṫ. Cũ igr̄ v̄t⁹ diuina ſit i finita: põt q̄ʒcũq̄ʒ mãm crea tã ſubito diſponere ad foꝛmã: ⁊ multo magis libe. arbi. hois cui⁹ mot⁹ põt eẽ iſtãtaneus ẽm nãm. ſic igiṫ iuſtificatio ipij fit ad deo i iſtãti. ℄ Ad pꝛimuꝫ ĩ dõꝫ: q̄ mot⁹ libe. arbi. q ꝯcur rit ad iuſtificationẽ ipij ẽ ꝯſen ſus ad dteſtãdũ petm̃. ⁊ ad ac cedẽdũ ad deũ: q qdẽ ꝯſenſus ſubito fit. Cõtingit qñq̄ʒ q̄ ꝑ cedit aliq̄ deliberatio q̄ nõ ẽ de ſuba iuſtificatiõis: ſꝫ via i iuſti ficationẽ: ſic mot⁹ localis ẽ via ad illuminationeꝫ. ⁊ alteratio ad gñationẽ. ℄ Ad ſcđꝫ dõm: q̄ ſic i pꝛimo dcm̃ ẽ: nihil ꝓhi bet duo ſiml' itelligere actu hꝫ q̄ ſũt quodãmõ vnũ: ſic ſiml' itelligim⁹ ſubꝫ ⁊ p̄dicatũ iquã tũ vniunṫ i oꝛdine affirmatõis vni⁹: ⁊ ꝑ eũdẽ modũ libe. ar. põt in duo ſimul moueri hꝫ q̄ vnũ oꝛdinaṫ in aliud: mot⁹ aũt liberi arbit. in petm̃ oꝛdinaṫ ad motũ libe. arbi. in deũ. ꝑꝑ h̄.n. hõ dteſtaṫ petm̃. qꝛ ẽ ꝫ deũ cui vult adherere. ⁊ iõ libeꝝ arbi. in iuſtificatiõe ipij ſil' deteſtaṫ petm̃. ⁊ ꝯuertit ſe ad deũ: ſic ẽt coꝛp⁹ ſil' recedẽdo ab vno loco accedit ad aliũ. ℄ Ad tertiũ di

cẽdũ: q̄ nõ ẽ rõ q̄re foꝛma ſubi to in mã nõ recipiaṫ: qꝛ magꝭ ⁊ min⁹ põt ieſſe: ſic.n. lumẽ nõ ſu bito reciperet in aere q põt ma gis ⁊ min⁹ illuminari: ſꝫ rõ ẽ ac cipiẽda ex ꝑte diſpõnis mãe vl' ſubti: vt dcm̃ ẽ. ℄ Ad q̄rtũ di cẽdũ: q̄ in eodẽ iſtãti i quo foꝛ ma acqriṫ incipit res opari ẽm foꝛmã: ſic ignis ſtati cũ ẽ gñã tus moueṫ ſurſuꝫ: et ſi mot⁹ ei⁹ eẽt iſtãtane⁹ i eodeꝫ iſtãti ꝯple reṫ: mot⁹ ãt libe. arbi. q ẽ velle: nõ ẽ ſucceſſiu⁹: ſꝫ inſtãtane⁹. ⁊ iõ nõ oꝫ q̄ iuſtificatio impij ſit ſucceſſiua. ℄ Ad q̄ntũ dõꝫ: q̄ ſucceſſio duoꝝ oppoſitoꝝ i eo dẽ ſubto alr̄ ẽ ꝯſiderãda in his q̄ ſubiacẽt tẽpoꝛi ⁊ alr̄ in his q̄ ſũt ſupꝛa tp̄s. In his.n. q̄ ſub iacẽt tp̄i nõ eſt dare vltimũ in ſtãs: in quo foꝛma pꝛioꝛ ſubto ieſt. ẽ ãt dare vltimũ tp̄s: ⁊ pꝛi mũ iſtans in quo foꝛma ſubſe quẽs ieſt mãe vel ſubto. Cui⁹ rõ eſt: qꝛ i tp̄e nõ põt accipi añ vnũ iſtãs aliđ iſtãs p̄cedẽs im mediate: eo q̄ iſtãtia nõ ꝯñr ſe hẽant in tp̄e: ſic nec pũcta in li nea: vt ꝓbaṫ in. vj. phyſi. ſꝫ tp̄s terminaṫ ad iſtãs. ⁊ iõ in toto tp̄e p̄cedenti quo aliqđ moueṫ ad vnam foꝛmã ſubeſt foꝛme oppoſite: ⁊ i vltimo iſtãti illi⁹ tp̄is qđ ẽ pꝛimũ iſtãs ſequẽtis tp̄is: hꝫ foꝛmã q̄ ẽ termin⁹ mo tus. Sꝫ in his q̄ ſũt ſupꝛa tp̄s alr̄ ſe hꝫ: ſi q̄.n. ſucceſſio ſit ibi affectuũ vel intellectualiũ ꝯce ptionũ: puta i ãgelis: talis ſuc ceſſio nõ mẽſuraṫ tp̄e ꝯtinuo: ſꝫ tp̄e diſcreto: ſic ⁊ ipa q̄ men ſuranṫ nõ ſũt ꝯtinua: vt in. j. ha bitũ ẽ: vñ in talib⁹ ẽ dãdũ vlti mũ iſtans in quo pꝛimũ fuit ⁊ pꝛimũ iſtãs i quo ẽ id qđ ſeqṫ: nec oꝫ eẽ tp̄s mediũ: qꝛ nõ ẽ ibi ꝯtinuitas tp̄is q̄ h̄ reqrebat: mẽs ãt hũana q iuſtificaṫ ẽm ſe qdẽ eſt ſupꝛa tp̄s: ſꝫ ꝑ accñs ſubdiṫ tp̄i iquãtũ. ſ. itelligit cũ ꝯtinuo

ſcuſſiões extꝛa gantib⁹ relinq̄ mus q̄ſtionib⁹ moꝛalis ꝓſeq̄ mur hic.

℄ In rñſiõe ad 5ᵐ que dicẽda eſſent de tem poꝛe diſcreto ⁊ quomõ loquẽ dum eſt de eo ẽꝫ ſe: ⁊ quomõ coexiſtẽter ad tp̄s nr̃ꝫ regre in cõmẽtarijs ſup pꝛima par te: quomõ aũt datur pꝛimuꝫ eſſe grẽ qđ eſt idẽ q̄ p̄mũ nõ eẽ culpe: nõ eſt aliqđ ſpẽale: ſed cõe oĩ gnõni ꝑ manẽtiũ. Ex h̄ ĩ hẽs q̄ liberũ arbitriũ inuſti ficatõis i iſtãti moueṫ in dete ſtationẽ culpe non que eſt: ſꝫ que immedia te ante hoc fuit et nunc pꝛimo non eſt.

℄ Arti. VIII.

N articu lo ẽ. eiuſdeꝫ. q.in rñſione ad pᵐ nota ingeniũ ⁊ reuerẽtiã auto ris. Nam p̄mo cõputando trã quattuoꝛ q̄ nu merari ſolent in iuſtificatiõe impij: ⁊ idiſtin cte accipiendo grãm cũ ꝑ ſe et nec̃io ꝯſequen tibus donis ex ꝑte termini ad quem ſoluit ar gumẽtũ de po ritate gratie re ſpectu remiſſio nis peccatoꝝ aut eõ. Deinde di ſtinguẽdo iter donum gratie quod dictũ eſt eſſe in eſſentia anime

anime ⁊ bonū iuſtitie ꝯſequē tis gratiam qđ dictum eſt in primo articulo huius queſtio. eſſe terminuz ad quē in iuſti ficatiōe impij. Alr ſoluit qua ſi gntuz adiun gens predictis q̄ttuor: non no tater adinuen tū ſed ipſaz iu ſtificationez: q̄ a iuſtitie dono terminante di cta eſt: vt ſic iu ſtificatio impij ex pte termini ad quez ſit gn tū integrās iu ſtificatōez im pij: et quia ſic ordo naturalis in iuſtificatio nem impij eſt: ꝙ primo eſt in fuſio gratie. 2° mot⁹ liberi ar bitrij in deum. 3° motus liberi arbitrij in pec catum. 4° con ſequutio iuſti^c. 5° excluſio cul pe: ⁊ vt melius penetres ordi nem hunc ad uerte quod a ctio dei infuſi ua gratie ipſo habet q̄ſi duo officia: quia eſt inductiua ⁊ ex pulſiua: et ſi a ctio ſiti medio motu liberi ar bitrij per mo duz naturaliū actionum ſorti retur effectum vt in infantib⁹ ꝯtigit baptiça tis tunc ad gra tie infuſionez duo tn̄ conſe quūtur. ſ. iuſti tia et remotio culpe. primum ex primo offi cio ſcđm ex ſe cundo: ſed quo niam in adul

⁊ tpe ſꝫ fantaſmata i qb⁹ ſpēs itelligibiles ꝯſiderat: vt in prio dcm̄ ē: ⁊ iō iudicādū ē ſm hoc de ei⁹ mutatiōe ſꝫ ꝯditionē mo tuū tpaliū: vt. l. dicam⁹ ꝙ nō ē dare vltimū iſtās: i quo culpa ifuit: ſꝫ vltimū tp̄s. eſt āt dare primū iſtās in quo gr̄a ieſt: in toto āt tpe p̄cedēti ierat culpa.

℄ Utrū gr̄e ifuſio ſit prima or dine nāe inter ea q̄ reqrunẗ ad iuſtificationē ipij. Ar. VIII.

AD octauū ſic ꝓcedit. Ur ꝙ gr̄e infuſio nō ſit pria ordine nāe in ter ea q̄ reqrunẗ ad iu ſtificationē ipij. Pri⁹. n. ē rece dere a malo: q̄ꝫ accedere ad bo nū ſm illud ps. Declina a ma lo: ⁊ fac bonū: ſꝫ remiſſio clpe ptinet ad receſſum a malo. ifu ſio āt gr̄e ptinet ad pſecutionē boni. ḡ nālr pri⁹ ē remiſſio cul pe q̄ꝫ ifuſio gr̄e. ℄ Preterea. Diſpō p̄cedit nāliter formā ad quā diſponit: ſꝫ mot⁹ libe. arbi. ē q̄dā diſpō ad ſuſceptōez gr̄e. ḡ nāliter p̄cedit ifuſionez gr̄e. ℄ Pretea. Pctm̄ ipedit aiaꝫ ne libere tēdat in deū ſꝫ pri⁹ eſt remouere id qđ ꝓhibet motū q̄ꝫ mot⁹ ſequaẗ. ḡ pri⁹ ē nālr re miſſio culpe ⁊ mot⁹ libe. arbi. in deū q̄ꝫ ifuſio gr̄e. ℄ Sꝫ ꝯ. Cā ē prior nālr ſuo effectu: ſꝫ gr̄e ifuſio cā ē oīuꝫ alioꝝ q̄ req runẗ ad iuſtificationez ipij: vt .ſ. dcm̄ ē. ḡ ē nālr priō. ℄ Rn̄ deo dđꝫ: ꝙ p̄dicta q̄ttor q̄ req runẗ ad iuſtificationez ipij. tpe qdē ſunt ſil: q2 iuſtificatio ipij nō ē ſucceſſiua: vt dcm̄ ē: ſꝫ or dine nāe vnū eoꝝ ē pri⁹ altero: ⁊ iter ea nāli ordine primū eſt gr̄e ifuſio: ſm mot⁹ libe. arbi. in deū. tertiū ē mot⁹ libe. arbi. in pctm̄. q̄rtū vo ē remiſſio cul pe. Cui⁹ rō ē: q2 in quolibꝫ mo tu nālr primū ē motio ipi⁹ mo uētis. ſcđꝫ āt ē diſpō māe ſiue mot⁹ ipſi⁹ mobilis. vltimū vo

ē finis: vl' termin⁹ mot⁹ ad quē terminaẗ motio mouētis. ipſa igiẗ dei mouētis motio eſt gr̄e ifuſio: vt dcm̄ ē ſupra: mot⁹ āt vel diſpō mobilis ē qdē duplx mot⁹ libe. arbi. termin⁹ āt vl' fi nis mot⁹ ē remiſſio culpe: vt ex ſupra dictꝪ pꝫ. ⁊ iō nāli ordine primū in iuſtificatiōe ipij ē gr̄e ifuſio. ſcđm ē mot⁹ libe. arbi. in deū. tertiū vo eſt mot⁹ libe. arbi. in pctm̄. Propter h̄. n. il le q iuſtificaẗ deteſtaẗ pctm̄: q2 eſt ꝯ deū: vn̄ mot⁹ libe. arbi. in deū p̄cedit nālr motū libe. ar. in pctm̄ cū ſit cā ⁊ rō ei⁹. q̄rtuꝫ vo ⁊ vltimuꝫ ē remiſſio culpe ad quā tota iſta trāſmutatio or dinaẗ ſicut ad finē: vt dcm̄ eſt. ℄ Ad primū ḡ dđm: ꝙ receſ ſus a termio: ⁊ acceſſus ad ter minū dupliciter ꝯſiderari pōt. Uno mōe ex pte mobilis: ⁊ ſic nālr receſſus a termino p̄cedit acceſſum ad terminū: pri⁹. n. ē in ſubto mobili oppoſituꝫ qđ abijciẗ: ⁊ poſtmodū eſt id qđ ꝑ motū aſſequiẗ mobile. Sed ex pte agētis ē econuerſo. agēs . n. ꝑ formā q̄ in eo p̄exiſtit agit ad remouēdū ꝯriū: ſicẗ ſol per ſuā lucē agit ad remouēdū te nebras. ⁊ iō ex pte ſolis prius ē illuminare q̄ꝫ tenebras remo uere. ex pte āt aeris illuminādi pri⁹ eſt purgari a tenebris: q̄ꝫ ꝯſeq lumē ordine nāe lꝫ vtrū qꝫ ſit ſiml' tpe. Et q2 ifuſio gr̄e ⁊ remiſſio culpe dn̄r ex pte dei iuſtificātis. iō ordine nāe prior ē gr̄e ifuſio. q̄ꝫ culpe remiſſio. Sed ſi ſumanẗ ea q̄ ſunt ex pte hoīs iuſtificati ē ecōuerſo. naꝫ pri⁹ ē ordine nāe liberatio a cul pa: q̄ꝫ ꝯſecutio gr̄e iuſtificātis. vel pōt dici ꝙ termini iuſtifica tiōis ſunt culpa: ſicẗ a quo: ⁊ iu ſtitia ſicẗ ad quē: gr̄a vo ē cā ⁊ remiſſiōis culpe: ⁊ adeptionis iuſtitie. ℄ Ad ſcđꝫ dđm: ꝙ di ſpoſitio ſubti p̄cedit ſuſceptio

tis nō ſortitur effectum ꝑ mo dum actionis nālis: ſed me dio libero arbi trio vt omnia fiant ſuauiter: ad infuſionem gratie cōſequu tī q̄ttuor: duo ex pmo officio . ſ. motus liberi arbitrij in deū: ⁊ conſequutio iuſtitie: et duo ex ſecundo offi cio. ſ. motus li beri arbitrij in peccatum ⁊ ex purgatio a pec cato: ita ꝙ gra tia cauſat du os motus alte rum per modū liberi arbitrij quaſi imperan do ei acceſſum ad deum et re ceſſum a pecca to: alteruꝫ per moduꝫ nature quaſi exequen do inductionē iuſtitie ⁊ remiſ ſionem pecca ti: et quoniam totus ordo me dij precedit na turaliter ordi nem tertij: ⁊ to tus ordo impe rij p̄or natura liter eſt toto or dine executio nis idcirco con ſequutionez iu ſtitie que ter minus ad quē in exequutiōe iſtius mot⁹ ē. q̄rto loco poſt totum motuꝫ liberi arbitrij locaui: ⁊ ſic po niẗ iuſtitia ter minus ad quē: et culpa termi nus a quo iuſti ficationis im pij vt in littera dicitur: et gra tia cauſa vtri uſq; ſcilicꝫ ade ptiōis ⁊ remiſ ſionis.

¶ In reſponſione ad ſecundū dubium occurrit: qꝛ autor videt̄ equiuocare aut male probare ꝙ diſpoſitio libi arbitrij ſequit̄ gratie iſuſionē: qꝛ diſpō ſubiecti ſeqtur actionē agētis ꝑ quam ēt ipm ſubȝ diſponit̄. nam in cōmuni loquēdo actio agētis eſt duplex: vna inductiua forme: ⁊ altera diſpoſitiua vbi opus eſt diſpōne. Et cōſtat ꝙ diſpō ſubiecti ſequit̄ actionē diſpoſitiuā non actionē inductiuā: vbi aūt nō eſt op⁹ diſpōne vt in illuminatione actiōeȝ agētis nulla ſequitur diſpō: i ſpāli ꝗ̄ꝗ ꝓpoſito loquēdo actio dei ē duplex. ſ. iſuſio gr̄e: ⁊ gratuita di motio. pma iducit formā gr̄e. zª ꝑparat ſeu diſpōit ad gr̄am: vt pȝ ex ſupradictis. Et ſic diſpō ad gr̄aȝ ſeqt̄ actionē agētis. i. gratuitam dei motionē: precedit aūt nāe ordine actionē agētis. a. iſuſionē gr̄e: cui⁹ oppoſituȝ in lr̄a dr̄.

